











R. 8447

R. 146.566



THESES AFFECTIVÆ,  
S E V  
MEDITATIONES SCHOLASTICÆ  
S V P E R

Quindecim præcipua humanæ Redemptionis  
Mysteria, seu SS. Virginis MARIE  
Rosarium.

*Ex D. Thomæ Aquinate Doctore Angelico; Et super  
eiusdem Ortum, vitæ seriem,  
& terminum;*

COMMENTARIÆ PROPOSITIONES  
*Collectæ;*

PER P. F. SANCTEM FRANCVM DE  
Neap. Ord. Prædicatorum S. Theol. Magistrū in  
Conuentu S. Mariæ ab Ateu Diocæ-  
sis Nolanæ.



NEAPOLI. 1660.

Ex Typographia Secundini Roncalioli.



B. ALBERTO MAGNO  
PHILOSOPHORVM OMNIVM TO-  
tius Christianitatis

S O L I

PRÆCLARISSIMO, ET GENERALI EX  
Ordine Prædicatorum.

S. Thomæ Aquinatis Magistro, Episcopo  
Ratisponensi, &c.

F. SANCTES FRANCVS DE NEAP. SAC.  
Theol. Mag. et sdem Ordinis alumnus  
supptex exponit.



Ræsentes D. Thomæ affecti  
uæ theses circa B. Virginis  
Mariæ Rosarium, & eius-  
dem Angelici Doctoris vi-  
tæ Commentariæ propo-  
sitiones, dum sine dedica-  
toria epistola typis excu-  
derentur; mihi in mētem  
venit, non abste futurū, si

illas quondam tui discipuli Muti Bovis, nūc per  
rotum Orbem mugitum emittentis, Tibi Mag-

A 2

no

D. Tho.  
opul. 60  
c. 3.

D. Tho.  
super  
Math.  
c. 3.


D. Tho.  
super e-  
pist. ad  
eph. c. 3  
lect. 3.

no Alberto Magistro hoc prophetari-  
ti consecrarem. Etenim \* Honor paren-  
tum redundat in prolem iuxta illud Pro-  
verb. 8. Gloria filiorum parentes eorum: &  
\* magis est Magnum imitari Patrem, quam  
nasci ex eo. Magister est pater discipuli:  
nam \* Quicumque inducit aliquem ad a-  
liquem actum vite, puta ad bene operan-  
dum, intelligendum, volendum, amandum,  
pater eius dici potest, sicut Magister est pa-  
ter discipuli. Beate Pater vere Magnus  
bonitate, regulari disciplina, scientias  
sed præcipue deuotione erga Beatif-  
simam Virginem Mariam: cuius mo-  
nitis nostri Ordinis Prædicatorum a vi-  
rætatís anno habitum suscepisti: cuius  
meritis in naturali Philosophia; & an-  
nexis ei sciencijs talis diuinitus surrexi-  
sti, qualis nunquam fuit aliquis, vel fu-  
rurus est in ea: cuius alloquio consolata  
tus audisti. Deus te tanta copia sapien-  
tiæ ditabit, quod per libros doctrinæ  
tuæ tota Ecclesia illuminabitur: cuius  
Sequentiam, Salue Mater Salvatoris,  
dum componeres, ad illum versum ve-  
niens, Salue Mater pietatis, & totius  
Trinitatis nobile triclinium, ipsam B.  
Virginem tibi apparentem vidisti, di-  
centem. Gratias tibi ago Bone Alber-

ne, quia me salutasti tali salutatione,  
quali ab alio nunquam prius salutata  
fui. Merito igitur Tibi (cuius Magni  
parentis B. Thomas sequutus est vesti-  
gia, adeptus docendi eminentiam, &  
factus omnibus maioris profectus per-  
fectissimum exemplar) quæ B. Virgi-  
nis, & eiusdem B. Thomæ deuotione  
excitant, & in illorum gloriam edun-  
tur, propositiones dicandæ erant. En  
accipe supplicantis animi affectû, mu-  
nificulum hoc qualecumque quod of-  
fero, Magnitudine Tui nominis gran-  
descens; mihi que de Tua, Tuique Sa-  
pientissimi Discipuli, Doctoris Ange-  
lici protectione confidenti animæ sa-  
lutem (interuentu Gloriosissima Vir-  
ginis Matris, ab Omnipotentis Dei Pa-  
tris Filio Domino nostro Iesu Christo  
impetrando obtineas.

A 3

CANDI-


  
 Candido Lectori.



Nil prorsus errave-  
 rit, qui D. Tho. Aquin-  
 satem ab ipsa infan-  
 tia peculiari quada-  
 m ratione Rosariū B-  
**VIRGINIS MA-**  
**RIÆ,** idest, Incarna-

tionis Myſteria fuiſſe medicatū, a quo  
 etiā **DOCTORIS ANGELICI** non  
 men, & officium fuiſſe ſortitum, dice-  
 rit. De ipſo enim referunt, quod cū  
 adhuc eſſet lactens puerulus, & motus  
 infantis pannis involueretur in cunis,  
 quadam vice dum ea uſa balneandi ip-  
 ſam nutrix ſoluiffet faſcijs, ipſe in faſcis  
 quadam chartulā diuino nutu inuen-  
 tam, nullo ſibi inueniente, ſeu b̄ diuini-  
 tus ei oblatam, in qua ſcripta uideba-  
 tur Angelica ſalutatio, **AVE MARIA**  
**GRATIA PLENA DOMINVS**  
**TECVM:** manu iuſtulit, & a vagien-  
 tis dextera ablatam reddiram mox de-  
 glutiuit: quam deglutiens e viſus eſt So-  
 lis radium intra fauces continere. Vi-  
 detur in eo adimplerū illud Apoc. 10.  
 audiui uocem de celo loquentem me-  
 cum:

a S. An-  
 ton. 3. p.  
 hiſt. tit.  
 23. c. 7.  
 §. 1.

b Parth.  
 Etirus in  
 uita S.  
 Tho.

c Part.  
 Etir.

cum: & dicētem. Vade, & accipe librum,  
 & deuora illum: & accepi librum, & de-  
 uoraui illum, & erat in ore meo, tan-  
 quā mel dulce, & cum deuorassem eā,  
 amaricatus est venter meus, *Libro est*  
*Christus secundum humanā naturā, in quo*  
*scripta sūt omnia necessaria homini ad salu-*  
*tē. Esa. 8. Sume tibi librum grandem: & in*  
*capite huius libri. i. in ordinatione Dei, qui*  
*est caput Christi, qui est liber, scriptum est,*  
*quod Filius Dei incarnari deberet, & mo-*  
*ri. Quid est aliud Rosariū B. Virginis,*  
*quā sapius repetita prolatio, & medita-*  
*tio salutationis Angelicæ, Incarna-*  
*tionis Filij Dei, mortis, & resurrectio-*  
*nis? Dicitur amarus e propter laboris stu-*  
*diū. Prou. 8. Qui mane uigilauerint ad me*  
*inuenient me, dulcis quantū ad affectum.*  
*Ezech. 3. Et comedi volumē illud, & in*  
*est in ore meo, quasi mel dulce. In Rosario*  
*sunt candida lilia, & purpureæ rose,*  
*quæ symbolū sunt dulcedinis. Orna-*  
*tur in anima (intellige infantis Tho-*  
*me) dixit ipse Thomas. f. Quasi in Para-*  
*diso Dei dulces. & uarij flores uireu-*  
*tum uarij coloris. s. rose charita-*  
*tis, lilia castitatis. & Ex floribus accipitur*  
*fructus. i. mel, liquor de rore Celis cōfici creditur*

d S. Th.  
 ad Heb.  
 cap. 10.  
 lec. 1.

e S. Th.  
 Esa. c. 8.

f S. Th.  
 Op. 58.  
 c. 31.

g S. Th.  
 ad Gal. c.  
 s. lec. 6.

h S. Th.  
 Cant. 4.

DE

A 4

lib.

tur, celestis: & spirituale doctrinā, quae per  
 fecit, & instructis, conuenit, significat. Vel  
 i S. Tho. mel. i. B. Virgo: Maria mel. dat nobis de  
 Ser. An- notations, ut reueriamur. Sub huius infantis  
 nunc. lingua mel, & lac. i. K Dulcedo spiritua  
 K S. Th. lis ut meditatione cordis, quae est quaedam  
 Op. 58. prae gustatio gaudii celestis: vel mel, & lac  
 c. 19. sub lingua. I. quae dicat, quia sub lingua, i.  
 I S. Th. in corde plena est spirituali dulcedine, ut cir  
 Op. 58. co abundas uili, & dulci locutione, intelli  
 c. vlt. ge salutatione Angelica, Ave Maria:  
 m Part. protulit, & antequam ab alijs disceret,  
 Etir. fuerit, Ave Maria, &c. Mar. 12. ex abu  
 S. Tho. dantia cordis os loquitur, sicut de vase fit est  
 ibid. de corde, vas plenum melle effundit amari  
 tudinē, plenum melle, dulcedinē. Quis meri  
 to SS. Pontifex Clem. 8. in quoda Bre  
 ui anno Dni 1608. vocat D. Th. Diu  
 num Eloquium, & celeste doctrinā. Ex sa  
 lutatione itaq; angelica, qua diuinus  
 puerulus sustulit, compressa manu vali  
 de retinuit, ablata ploratu, & gestu re  
 petiit, ac repetita mox deglutiuit, no  
 me, & officium Doct. Angelici iure est  
 adeptus. Consulto igitur Scholasticas  
 has ex iplo Angelico Doct. iuper B. Vir  
 ginis Mariae & osartu collegi meditatio  
 nes, easq; nō prolixas: nā iuper epist.

ad

ad Heb. c. vlt. scriptū reliquit: *Sermo-  
nes breues valde accepti sūt; quia si sūt boni, in-  
cogniti de auidi<sup>o</sup> audiuntur; si vero ma-  
li, parum grauant.*

*Vale.*



**PRIMA**



PRIMA PARS ROSARII  
plena Gaudijs.

Multiplicatum debet esse gaudium: si enim gaudes de Deo: imminet tibi gaudere de eius Incarnatione. *Luc. 1.* Euangelizo vobis gaudiū magnum, quia natus est, &c. *S. Tho. super Epist. ad Philip. c. 3. lect. 1.*

MYSTERIVM PRIMVM.

*Missus est Gabriel Angelus à Deo, &c.*

*Luc. 1.*

*Pater noster.* Quod Christus sit conceptus ex Virgine conveniens est propter mitterentis Patris dignitatem conservandam: cum enim Christus sit verus, & naturalis Dei Filius, non fuit cōveniēs, quod aliū patrē haberet, quā Deū, ne dignitas Dei Patris trāsferatur ad alium. *S. Tho. 3. p. q. 28. ar. 1.*

*Ave Maria.* Hoster Regina. i. Virgo Beata placuit in oculis Regis ad restorationem generis humani, inuenitq; gratiā coram eo nō solum pro se, sed pro toto humano genere. *S. Th. in præf. sup. epist. Canon.*

Conuc.

12  
Cōueniēs fait, Matrē Christi matrimonio ef-  
se iūctā, vt maior perfectio virginitatis in B.  
Virgine ostēderetur, dū in ipso matrimonio  
virgo permāuit. Et Dñs maluit permittēre, lu-  
deos dubitare de Deitate sua, quā de castitate  
Matris, sciēs lubricā esse virginitatis famā. 4.  
sent. dist. 30. q. 2. ar. 1. q. 2. o. & q. 1. ad v.

● Mater Dei superior erat Angelis quātū ad dig-  
nitatem, ad quā diuinitus eligebatur, sed quā-  
rum ad statū præsēntis vitæ inferior erat An-  
gelis, & ideo de diuino conceptu per Angelos  
instruenda erat. 3. p. q. 30. ar. 2. ad 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

● Angelus annūciāns apparuit Matri Dei corpo-  
rea visione, quod fuit cōgruum dignitati Ma-  
tris Dei, que non solum in mente, sed in cor-  
poro ventre erat Dei filii receptura, & ideo  
non solum mens eius, sed etiam sensus corpo-  
rei erant visione Angelica refouendi. ar. 3.

● Antiquit̄ erat valde magnū, quod Angeli ap-  
parent hominibus; vel quod homines face-  
rent eis reuerentiā habebant pro maxima lau-  
de: quod autē Angelus faceret hominib; reuerē-  
tiam nunquam fuit auditum, nisi postquē sa-  
lurauit B. Virgine reuerenter, dicens: Ave.

Opusc. 8.

● B. Virgo excellit Angelos primo in plenitudi-  
ne gratiæ, quæ magis est in B. Virgine, quam  
in aliquo Angelo, vnde Angelus ei reuerentiā


exhibuit, dicēs. *Gratia plena*. Secundo in fami-  
 liaritate diuina, quod designans, dixit *Utere-  
 cum*, q. d. ideo exhibeo tibi reuerētia, quia tu  
 familiarior es Deo, quam ego: na Dñs est te-  
 cum. (cum B. Virgine, vt Filius: cum Angelo,  
 vt Dñs.) Tertio, quantum ad puritatem, quia  
 B. Virgo non solum erat pura in se, sed etiam  
 procurauit puritatem alijs. Cit. Opusc. 8.  
 7. Ab anima B. Virg. gratia redundauit in carnē,  
 na per Spiritus Sancti gratiam, non solū mens  
 20. *Virginis* fuit Deo per amorem perfecte y-  
 nita, sed eius vterus Spiritu Sancto est super-  
 naturaliter imprægnatus, & ideo statim cum  
 dixisset Gabriel. *Aue gratia plena*, subiunxit de  
 plenitudine veneris, dicēs, *Domini tecum lo-*  
 6. *lect. 10.*

8. Ipsa turbatio Virginis conueniens fuit vere-  
 cuodia virginali: quidam tamē dicunt, quod  
 cum B. Virgo assucta esset visionibus Angelo-  
 rum non turbata fuit in visione Angeli, sed in  
 admiratione eorum, quæ ei ab Angelo dice-  
 bantur, quia de se tam magnifica non cogita-  
 bat. 3. p. q. 30. ar. 3. ad 3.

9. Sacramentum Incarnationis tunc primo con-  
 summatum fuit, cum Virgo diceret: *Eccc an-*  
*cilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* 3.  
 6. *Ybtria* de B. Virgine commendabilia tangun-  
 tur. 1. *mysterium humilitatis*, *Eccc ancilla Domi-*  
 nis.

in desiderium charitatis, fiat mihi, & mysterium credulitatis, secundum verbum tuum. Op. 60. c. 1.

10. Mystice Angelus iste, qui nunciando praevenit Virginis conceptum, significat gratiam, quae praevenit in nobis omnem conceptum bonae voluntatis: quod missus a Deo legitur, significat effluentiam gratiae esse a solo Deo: quod dixerit Ave, quod sonat sine va, significat, quod per fluxum gratiae liberatur anima ab omni va. i. culpa, poenae, & miseriae. Ibid.



## MYSTERIVM SECVNDVM.

*Exurgens Maria abiit in montana, &c.*

Luc. 1.

*Pater noster.* Deus Pater Praecursorē misit Ioā-  
nem in tempore factum, ut Verbum suum ab  
aeterno conceptum annuntiaretur. Ioan. 1.  
lect. 12.

1. *Ave Maria.* Conveniēter vocatur Maria, quae  
interpretatur illuminata in se, & illumina-  
trix in alios quantum ad totum mundum. O-  
pusc. 8.

Ven.

2. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs.*  
 Cant. 7. Venter est corpus B. Virginis: aceruus tritici munda membra Christi, vt conseruata in vtero virginali: lilia decor omnimode castitatis, quo ornantur membra, & sensus B. Virginis. Op. 38. cap. 10.
3. Venter B. Virginis dicitur beatus, quia portauit eū, qui in se ipso summe beatus est, & propter summam Beatitudinem, & Trinitatem, quam habuit, fuit enim Sponsa Patris, & Mater Filij, & Habitaculum Spiritus Sancti, iuxta illud, Salue Mater pietatis, & totius Trinitatis nobile trichinium. Dom. 4. in Quadragesim.
4. Si ex confortio Dei Moyles habuit tantā claritatem in facie, vt filij Israel non possent intendere in faciem Moyli propter gloriam vultus eius; multo magis B. Virgo, qua portauit eum in vtero, habuit tantam claritatem, quod Ioseph non cognoscebat eam. Mat. 1.
5. Vt dicitur, gratia sanctificationis B. Virginis etiā in alijs efficaciam habuit, ita vt quamvis esset pulchra corpore, à nullo vnquam concupisci potuit. 3. sent. d. 3. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 4. Ioseph noluit eam dimittere, quasi aliam dudurus, vel propter aliquam suspicionem, sed quia timebat tantæ Sanctitati cohabitare propter reuerentiam; vnde dictum est ei  
 Mat.

16  
Matth. 1. *Noli timere.* 4. sent. d. 30. q. 2. artic. 2.  
ad 5.

- 6 Christo iam concepto quando Virgo Mater ascendit in montana cum febrinatione Elisabet matrem Ioannis visere; Ioannes in utero matris existens, nec loqui valens reverentiam Christo, & tripudium faciens, exultavit in utero. Ioan. 1. lect. 14.
- 7 Ioannes Praecursor fuit Christi, quantum ad nativitatem; quia sicut Ioannes ex muliere veteri, & sterili super naturam, sic Christus ex Virgine supra naturam. Matth. c. 17. Sicut in Coelo Lucifer praecedit Solem ad illuminandum, quo veniente cessat eius lux; ita Ioannes praecelsit Christum; unde Luciferus comparatur. Job. 30. *Nunquid produces Luciferum?* Ioan. 3. lect. 5.
- 8 Christus voluit Ioannis testimonium ad ostendendum aequalitatem sui ad Patrem, quia sicut Pater praenuntios habuit. scilicet Prophetas, ita Christus. Luc. 1. *Tu puer Prophetarum dicitur vocaberis, praebis enim ante faciem Domini parare vias eius.* Mat. c. 3.
- 9 Non est dubitandum, quin B. Virgo acceperit excellenter donum sapientiae; & gratiam virtutum, & gratiam prophetiae, cuius usum habuit, ut patet in Cantico quod fecit: *Magnificat anima mea Dominum.* 3. p. q. 27. ar. 5. ad 3. **Vi  
dit**





















actiuos, qui debent habere augmentum operū  
 misericordiæ. Dom. infra Oct. Epiph.

10 Locus in quo inuenitur Christus est vene-  
 rabilis, quia in Templo, secūdu illud Psal. 10.  
*Dominus in templo sancto suo: nam & Mater e-*  
*ius in Tēplo eum inuenit. Luc. 2. & hoc, quia*  
*in his, quæ Patris sui sunt, oportebat eū esse.*  
 Si ad cōditoris cognitionem venire volumus  
 fugienda est turba prauorum affectuum, & de-  
 clināda sunt malorum conuenticula, & fugiē-  
 dum est ad templum cordis nostri, quod  
 Deus inuisere, & habitare dig-  
 natur. Ioan. 5.

lect. 2.



SECVN-

# SECUNDA PARS ROSARII Dolorosa.

Sicut malum punicum intra vnum corticē multitudinē habet granorū; ita in Ecclesia multitudo fidelium intra mysterium Dominicę passionis continetur. *S. Th. super Cant. c. 4.*

## MYSTERIVM PRIMVM.

*Procidit in faciem suam orans, & dicens, Pater mi, si possibile est transeat à me calix iste, &c.*

*Mat. c. 26.*

*Pater noster.* Hunc calicem passionis dedit ei Pater, quia passionem ex sua, & Patris voluntate sponte suscepit. *Io. 18. lect. 2.*

**I** *Aue Maria.* Imminente paschali tempore, quo agnus typicus immolabatur, Christus tamquam verus agnus ad locum passionis accessit pro salute mundi voluntariē immoland°, secundum illud *Isai. 53. Oblatus est, quia ipse voluit.* *Io. 12. lect. 1.*

CON-


2. Cōsuetudo Christi erat, & præcipue in mag-  
nis festis post coenam Discipulos seorsum du-  
cere, & aliqua sublimia de festo docere, quæ  
nō erat fas alios audire: fecit autem hoc vt in  
montibus, & in hortis sublimia doceret Disci-  
pulos, maximè purum a tumultibus inquirens  
locum, ne eorum mens impediretur. Io. 18.  
lect. 1.
3. Conuenienter introiuit in hortum, tū, quia  
ipse satisfaciebat pro peccato primi hominis  
in horto cōmisso (paradyus enim hortus de-  
litiarum interpretatur) tum etiam, quia per  
pasionem nos in hortum, & paradysum coro-  
nandos introducit. Luc. 23. *Hodie mecum eris  
in Paradyso.* Ibid.
4. Voluit Iesus turbari; nam imminebat ei pas-  
sio, & mors, quam naturaliter refugit natura  
humana, & cum eam sibi lentit imminere, tri-  
statur, tanquam de malo, & nociuo sibi præse-  
ti. Ioan. 13. lect. 4.
5. Procidit in faciem suam; vnde exēplum hu-  
militatis ostendit, tum propter humilitatem  
communem, quia humilitas necessaria est ad  
orationem, tum propter humilitatem specia-  
lem, s. Petri, quia dixerat: *Si oportuerit me mo-  
ri tecum non te negabo:* ideo Dñs procidit vt sig-  
naret, quod non debebat de sua virtute confi-  
dere. Mat. 26.

Christus

6. Christus in omnibus quæ voluit fieri fuit ex-  
auditus: ipse autem secundum appetitum sen-  
sualitatis, & secundum voluntatem inquantū  
est quiddā appetit<sup>9</sup> naturalis refugiebat mor-  
tem, & quantum ad hoc orabat, vt ostende-  
ret se verum hominem: sed voluntate conse-  
quente rationem deliberatam volebat mor-  
ri: vnde dicit, *Verum tamen non sicut ego volo, sed  
sicut tu.* Hebr. c. 5. lect. 1.
7. Nō legitur in Euangelio, quod Christus pre-  
ces, supplicationesque ad Deum Patrem, qui  
saluum illum faceret posset à morte, cum la-  
chrymis offerret: sed probabile est, quod sicut  
ipse lachrymatus est in resurrectione Laza-  
ri, ita, & in passione sua: nam ipse multa fe-  
cit, quæ non sunt scripta: nō tamen fleuit pro  
se, sed pro nobis, quibus passio sua profecit.  
ibidem.
8. Dicitur passio Calix, quia ex charitate pa-  
tientis dulcedinem habet, sed ex natura sua a-  
maritudinē; sicut & medicina sanatiua prop-  
ter spem sanitatis dulcis est, sed amara prop-  
ter laporem. Ioan. 18. lect. 2.
- Illā confortatio Angeli non fuit per modum  
instructionis. 3. p. q. 12. art. 4. ad 1. sed ministre-  
rij, eo modo quo ex colloquio, & præsentia a-  
micorum, & familiarium homo naturaliter  
confortatur in tristitijs, vt in hoc quoque ve-  
ritas

ritas assumptæ naturæ apparet. 3. sent. d. 14.  
art. 3. quæst. 6. ad 2.

10 *Aperi mihi soror mea, &c. Cant. 5. Aperi mihi. i. suscipe me in mentem tuam, in memoria, & dilectionem, quia caput meum. i. diuinitas plenum est rore. i. misericordia admittendum peccata, & cincinni mei. i. humanitas guttis notatum. i. effusione sudoris, lachrymarum, & sanguinis passionum, ad redimendum hæreditatem tuam pro satisfactione peccatorum tuorum impignoratam. Op. 5 8. c. 1.*



### MYSTERIVM SECVNDVM.

*Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit. Ioann.*

19.

*Pater noster. Pater tradidit Christum, & ipse semetipsum ex charitate, & ideo laudantur: Iudas autem tradidit ipsum ex cupiditate, Iudæi ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cæsarem, & ideo ipsi vituperantur. 3. p. q. 47. ar. 3. ad 3.*

1 *Aue Maria. A domo Annæ Christus fuit de nocte*

nocte adductus ad domum Caipha, vbi flagellatus, & examinatus fuit, & de mane fuica Caipha ductus in pratorium: nam tanta erat Iudæorū nequitia, vt nulla interponeretur mora, quin occidendū traderent Pilato. Ioan. 18. lect. 5.

2. Iesum tradiderunt Pontio Pilato Prefidi, cū quia Vicarius erat Imperatoris, & Iudæi non habebant iudicium sanguinis, tum etiā, quia ipsi volebant occultè interficere, sed manifestè, vt fama diulgaretur, secundum quod habetur Sap. 2. *Morte turpissima condemnemus eū.* Mar. 27.

3. Iesus ante terrenum iudicem sistitur, tanquam reus, & accusandus: Pontifices in multis accusabant eum t. de subuersione legis, & quia Regem se dicebat; vnde Pilatus non curauit quærere de transgressione legis, sed potius de eo, quod videbatur tangere lésionem Maiestatis, & ideo interrogauit eū. *Tu es Rex Iudæorum?* ibidem.

4. Pilatus credebat Christum affectare regnum terrenum, quo corporaliter sicut & homines terreni regnaret: & per hoc esset morte plectendus quod illicitum affectauerit regnū, sed propulsa suspicione regni terreni: ac intelligens Christum Regem esse in doctrina veritatis, cupit veritatem scire, ac effici de regno eius;

eius; unde dicitur *Quid est veritas?* Sed responsio-  
nem non expectavit. Ioan. 18. lect. 6.

6 Post clamorem omnium apprehendit Pilatus  
Iesum; & flagellavit; non quidem proprijs ma-  
nibus, sed per milites, ut Iudæi satiari eius in-  
iurijs mitigarentur, & vique ad eius mortem  
sancire desisterent: naturale est enim, ut ira  
quiescat, si videat eum, cōtra quem irascitur,  
humiliatum, & punitum. Io. 19. lect. 1.

6 Hoc quidem verū est in ira, quæ quærit no-  
cumentum proximi eum mensura; sed nō in  
odio, quod totaliter quærit exitium eius, qui  
habetur odio; Iudæi autem ex odio movebā-  
tur ad Christum, & ideo flagellatio non suffi-  
ciebat ibid.

7 Sed hæc intentio Pilatum non excusat à fla-  
gellatione, quia in omnibus, quæ sunt per se  
mala, nullum eorum potest fieri totaliter bo-  
num per bonam intentionem; affligere autē  
innocentem, & præcipuè Dei filium est ma-  
ximè per se malum, & ideo nulla intentione  
excusari potest ibid.

8 Ecce afflictio Christi dura, quia à Iudæis, &  
gentibus cæsus fuit. *Congregati sunt super me  
flagellantes, & ignoravi.* Ostenditur patien-  
tia Christi, quia ad modum ignorantis se ha-  
buit, tacendo scilicet, & non loquendo. Psal.

9 Passus est Christus in suis amicis cum desce-  
rentibus; in fama per blasphemias contra eū  
prolatas; in honore, & gloria per irrisiones, &  
contumelias ei illatas; in rebus per hoc, quod  
etiam vestibus spoliatus est: in anima per  
tristitiā, tedium, & timorem; in corpore per  
vulnera, & flagella 3. p. q. 46. a. 8.

10 *Vulnera sibi cor meum soror mea sponsa. Cāt. 3.*  
attende me vulneratum propter te, vide lan-  
guinē meum, & sequere me, quasi viuificatis  
ad instar feræ vulneratæ iter cæleste suo sāgni-  
ne signat, & se sequēdū demōstrat. *Fuge dilecte  
mi, & assimulare caprea, hinnuloq; aervanū. Cāt.*  
vlti quasi diceret. Curte corā nobis vt fera cor-  
de vulnerata, & sāguine tuo cælestē samita no-  
bis ostēde, donec te cōprehēdamus, & in te de-  
licias æternas capiam⁹: 1. Cor. 9. *Sic currite, vt  
comprehendatis. Opulc.*

§ 8. c. 28.





# MYSTERIVM TERTIVM.

*Milites placentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Ioan. 19.*

*Pater noster.* Pater sua dilectione, quam habet ad me, ordinavit, vt per passionem meam redimerem genus humanum. Rom. 8. Propter filio suo non percipit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ioan. 10. lect. 4.

1 *Aue Maria.* David Hierusalem elegit, vt in ea sedem regni constitueret, & templum Dei ibi edificaret, & sic Hierusalem elegit, vt esset Civitas simul Regalis, & Sacerdotalis. Sacerdotium autem Christi, & eius Regnum, precipue consummatum est in eius passione, & ideo conueniēter Bethleem elegit natiuitati, Hierusalem vero passioni. 3. p. q. 3. ar. 2. ad 1.

2 *Consuetudo est, quod Reges purpuram induantur, & milites loco huius vestium. conditionem induerunt Iesum, solent habere coronam, & loco huius fecerunt coronam spinis; item solent habere sceptrum; & loco huius dederunt ei baculum arundineum. Matth. 27.*

- 3 *Chlamydem coccineam circumdederunt ei.* Ista chlamys potest signare carnem Christi, sanguine proprio cruentata. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Mat. c. 27.
- 4 Illudunt ei quantum ad coronam, quia Reges consueverunt auro coronari, sed milites plestantes coronam de spinis imposuerunt super caput illius, qui suis est corona gloria. Ioan. 19. lect. 1.
- 5 Per istas spinas significantur aculei peccatorum, quibus conscientia vulneratur, & istas Christus accepit pro nobis, quia pro peccatis nostris mortuus est: vel potest referri ad maledictum Adæ, ubi dictum est: *Spinæ, & tribulos germinabit tibi.* Gen. 3: unde signatum est, quod soluebatur ista maledictio. Matth. cap. 27.
- 6 Illudunt ei quantum ad salutationem, unde venientes ad eum dicebant: *Aue Rex Iudæorum* & ut ipso opere ostenderent, illusorium esse, quod ei talem honorem exhibebant, dabat ei alapas. Ioan. 19 lect. 1.
- 8 In isto habitu Pilatus ostendit Christum, in quo a ministris illuditur, ut saltem quiescant, dum ad eos exit non clarus imperio, sed plenus opprobrio, unde dixit eis: *Ecce homo*, quasi despectivè loquendo, quod aliquis sic despectus

pectus vellet sibi vlturpare regnum : ecce de  
quali homine creditis hęc. Si ergo Regi in-  
videtis, iam parcite, quia deiectum videtis,  
feruet ignominia, refrigescat invidia. Ioā. 19.  
lect. 2.

6. Non dicit Pilatus, *vultis dimittam vobis Re-  
gem Iudæorum*, quasi inuenerit Christum cul-  
pabilem de regno Iudæorum, sed vt exagge-  
raret ipsorum malitiam, q.d. Etsi Rex Iudæo-  
rum, quod ad vos iudicare non pertinet, sed  
ad me, tamen si vultis, dimittam eum vobis,  
Sed ipsi Iudæi clamauerunt rursus dicen-  
tes: *Non hunc, sed Barrabam*. Ioann. 18 lectione

6. Pilatus nititur liberare Christum eius inpo-  
centiam allegando, q.d. Nolo esse iniquus Iu-  
dex, ego non crucifigam eum, non inuenio in  
eo causam crucifigendi. Quare ergo eum tur-  
piter tractasti Impie Pilate sine causa? scil-  
cet, ne Iudæi credant, quod ob fauorem eum  
dimittam : qualis enim fauor præstatur ei,  
cui tot inferuntur flagella? Ioann. 19. lectio-  
ne 2.

10. *Fecit Rex Salomon ascensum purpureum.*  
Purpureus ascensus est passio Christi, quia  
purpura colore sanguinem imitatur. Ascen-  
su purpureo ad reclinatorium aureum perue-

C 3 *nitura*

nitur; quia illi ad aeternarum epularum men-  
sam discumbent, & ad supernae quietis requie  
veniunt, qui in presenti passionem Redemp-  
toris sui digne venerari, & imitari sata-  
gunt. Cant. c. 3.



MYST

## MYSTERIVM QVARTVM.

*Baiulans sibi Crucem. Ioan.*

19.

*Pater noster.* Christus dicitur Agnus Dei, scilicet Patris, quia ipse prouidit homini oblationem ad offerendum pro peccatis sufficientem, quam homo per se habere non poterat; vnde Genes. 22. cū Isaac quæreret, ab Abraham ubi est victima holocausti, respondit, *Deus prouidebit sibi victimam holocausti.* Ioã. cap. 1. lectione

14.

1 *Aue Maria.* Iudæi dicentes Pilato, *Nobis non licet interficere quemquam,* volebant Christum occidi, non tãquam transgressorem legis, sed tãquam publicum hostem, quia Regem se fecerat, de quo non erat eorum iudicare. 3. p. 9. 47. 4. 3.

2 Sed Christus non erat talis, non enim à purpura, non à diademate, non à sceptro, non à curru, non à militibus, quos Christus haberet, credere poterat Pilatus, quod regnum affectaret, ipse sēpet, solus cū discipulis sedebat, pauper in cibo, & habitatione. Ioann. 19. lect. 3.

C 4

*Indue-*

- 3 Induerunt eum vestimentis suis, & duxerunt eum  
 ut crucifigerent. Illudicitur in veste aliena, sed du-  
 citur in propria, per quod signatur, quod non  
 erat ei proprium illud, sed occidi. Mat. 27.
- 4 Fructus vitis. s. B. Virginis, vva, & vinū, idest,  
 Corpus Christi, & sanguis; vinum igitur ho-  
 noris ortū de flore virginis est sanguis Christi pre-  
 tiosus natus de virginitate: multum itaq; co-  
 m mendat sanguinis Christi nobilitatē, & pre-  
 tiositatem, quod à nulla, vt alius sanguis, cor-  
 ruptione, sed à virginali flore sumpsit exor-  
 dium. Opul. 58. c. 27.
- 5 Effusio sanguinis Christi figurata fuit in ef-  
 fusione sanguinis omnium Iustorum, qui fue-  
 runt ab origine mundi; & ideo effusio san-  
 guinis Abel signum fuit istius effusionis; sed  
 Christi sanguis melius loquitur, quam sāguis  
 Abel, quia iste clamat vindictam, sed sanguis  
 Christi clamat veniam. Luc. 23. Pater ignosce  
 eis. Ad Heb. c. 12. lect. 4.
- 6 Mors Crucis ignominiosa erat, & ideo Cru-  
 cis lignum, tanquam prophanum vitantes, &  
 nec tangere volentes Crucem Iesu condem-  
 nato Iesu imponunt. Ioan. 19. lect. 3.
- 7 Portat Christus Crucem, vt Rex sceptrum  
 in signum glorię, quę est vniuersale rerū om-  
 nium dominium, portat eam vt victor tro-  
 phæum suę victorię. Item vt Doctor porta-  
 cande:

candelabrū, in quo ponenda erat lucerna suæ doctrinæ. Ioan. 19. lect. 3.

8 Christus Crucem portauit à principio, sed dū incederet, inuenerunt quendam Si monem uenientem de villa, quem angariauerūt, ut portaret Crucem; nec hoc vacat à mysterio, quia ipse primus passionē Crucis sustinuit, & post modum alij, & maximè aduenæ gentiles cū imitando. ibid.

9 Quatuor maximè fecerunt amarā passionem Christi B. Virgini; primum filij bonitas; secundum crucifigentium crudelitas; tertium poenæ uilitas, quartum tormenti crudelitas. Dom. infr. oct. Natiu. Dubitatio, quæ sonat in firmitatem fidei, in B. Virgine confuit in tempore passionis, sed in ea remansit fides firmissima etiam Apostolis dubitantibus. 3. sēt. dist. 3. q. 1. ar. 2. q. 2. ad 1.

10 Egredimini filie Sion, & uidete Regem Salomonem, idest, Christū, in diademate, idest, in spinea corona, qua coronauit eum mater sua, idest, Synagoga, in die desponsationis suæ, quando uidelicet sibi iunxit Ecclesiani, & in die letitiæ cordis eius, quo gaudebat per suam passionē redimere mundum de diaboli potestate. Egredimini extra portam Ciuitatis uestræ, ut eum in Golgotha monte crucifixum uideatis. Cant. c. 3.

**MYS:**

MYSTERIVM QVINTVM.

Crucifixerunt eum, & cum eo alios duos.  
Ioan. 19.

*Pater noster.* Mandatum ad mortem suscipiendam dedit Pater, non Filio Dei, qui cum sit ipsum Verbum, est etiam mandatum Patris, sed dedit filio hominis, in quantum anima eius inspiravit, necessarium esse salutis humanæ, ut Christus in humana natura moreretur. Ioan. 14. Ioh. 8.

*Ant. Maria.* Inter latrones crucifixus est quantum ad intentionem Iudæorum, ut eorum supplicionis fieret particeps; sed quantum ad Dei Ordinationem voluit eum iniquis deputari, ut sua virtute iniquitates destrueret. 3. par. q. 46. ar. 11. o. & ad 1.

2. Manus Domini plenas sunt hyacinthis, quia in Cruce clavis perforata, & rubore sui sanguinis quasi colore purpureo respersa sunt. Cat. 6. 3.

3. Porrexit Christus manum in Cruce, & liberavit sanguinem, solvens omnes à vinculis peccatorum, & adhuc quasi aufugientem manu crucis reuocat peccatorem. Esa. 46. Ego sum vocans ab Oriente autem, quasi de longe. I. de statu pec-

peccati reuocans instabilem, & refugant animam. Opusc. 58 c. 28.

4 Quamvis Christo expandere manus in Cruce Sol sit obscuratus, petra scissa, monumeta aperra: Iudæi tamen in sua incredulitate permanserunt, eum blasphemantes. Ad Rom. c. 10. lect. 3.

5 Christus passus est secundum omnem sensum corporeum; secundum tactum quidem flagellatus, & clavis confixus; secundum gustum, felle, & aceto potatus; secundum olfactum, in loco foetido cadauerum mortuorum ( qui dicitur Caluarie ) appensus patibulo; secundum auditum, lacessitus vocibus blasphemantium, & irridensium; secundum visum, videns Matrem, & Discipulum, quem diligebat, fientes. 3. p. q. 46. a. 5.

6 Mater Iesv, & soror matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalena à principio crucifixionis stabant iuxta Crucem, ita quod ei loqui poterant; sed postmodum superueniente multitudine irridentium secedentes à longe steterunt. Ioan. 19. lect. 4.

7 Crucifigentium crudelitas, vel ex eo patet, quod morienti saltem aquam dare noluerunt, nec à matre, quæ diligenter dedisset, dari permiserunt. Dom. inf. oct. Natiu. Habuit B. Virgo meritum martyris mortem Crucis cum fi-

lio

lio patiendo. Luc. 2. *Et tuam ipsius animam pertransiit gladius.* Serm. in Assumpt. B. M.

8 Cum vidisset Iesus Matrem, & Discipulum stantem, quem diligebat, dixit Matri suae: *Ecce filius tuus.* q. d. Usque modo curam tui habui, & memor tui tibi illum derelinquo. Deinde dicit Discipulo: *Ecce Mater tua*, vt. s. iste tantum seruiret, vt filius matri ista illum diligeret, vt filium mater; & ex illa hora accepit Matrem Iesu discipulus Ioannes in suam matrem, secundum Bedam: vel in sua officia, quibus ei diligenter, & reuerenter obsequebatur, secundum Augustinum. Ioan. c. 19. lect. 4.

9 In sepulchro nouo voluit sepeliri, quia qui est de Virgine intacta natus, congrue fuit in sepulchro nouo sepultus; vt sicut in utero Mariæ nemo ante eum, nemo post eum fuit, ita & in hoc monumento. Similiter etiam vt daretur intelligi, quod reconditur, per fidem in animo innouato. Ioann. 19. lect. 6.

10 *Dilectus meus fasciculus myrrha: mihi factus est*, quia propter me mortuus, & sepultus est, inter vbera mea commorabitur. i. in cordis mei memoria æternaliter habebitur, & nunquam tantorum beneficiorum eius obliuiscar; sed siue in prosperis, siue in aduersis sim, recordabor eius, qui me dilexit, & mortuus est

pro me. Cant. c. 1.

TERTIA

TERTIA PARS ROSARII  
Gloriosa.

Nemo ad amplexus æternæ beatitudinis poterit peruenire, nisi hic Myſteriorum Cœleſtiū, & donorum diuinorum ſtuderit eſſe participans. *Theſ. ſuper Cant. c. 2.*

MYSTERIUM PRIMVM.

*Jeſum, qui crucifixus eſt, queritis, non eſt hic: ſurrexiſit ſicut dixit. Mat. c. 28.*

*Pater noſter. Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris i. per virtutem Patris, ex qua ipſe Pater glorificatur. Rom. 8. lect. 1.*

1 *Aue Maria. Chriſtus exiit de utero clauiſo Virginis, nondum glorioſum corpus habens: non eſt mirum, ſi cum corpore glorioſo exiit de ſepulchro. Ioan. c. 20. lect. 1.*

2 *Chriſtus à principio ſue conceptionis carnem habens paſſibilem, & paſſus, & mortuus fuit, ſed tamen interius vivebat ſpirituſali vi-*

ta;

ta: post resurrectionem vero illa spiritualis,  
& gloriosa vita usque ad corpus derivata est,  
& factum est ipsum corpus gloriosum, & im-  
mortale. 2. Cor. 4. lect. 3.

3 Amare flebat Maria, quia oculi, qui Dominū  
quæsierant, & non inuenerant, lachrymis va-  
cabant, amplius dolens, quod ablatum fuit de  
monumento, quoniam Magistri tanti, cuius vi-  
ta subtrahita fuerat, memoria remanebat, &  
ideo quia eum habere non poterat, volēs sal-  
tem videre locum, ubi positus fuerat, inclina-  
uit se, & prospexit in monumentum. Ioā. 20.  
lect. 2.

4 Ad hoc plerumque differuntur vota, & ora-  
tiones Sanctorum, ut ardentius eum desidera-  
re incipiant; sicut & Maria se quærenti nō sta-  
tim se ostendit, sed in specie hortulani appa-  
rens, eadem quod ipse esset, qui quærebatur,  
apponit. Cant. 6. 5.

5 Fuit conveniens, quod Christus ipsa die Re-  
surrectionis primo Mariæ Magdalena appa-  
rebat, tum propter eius vehementiam dilec-  
tionis: nam flebat ad monumentum foris plo-  
rans; tum propter diligentiam inquisitionis,  
quia dum fletu inclinavit se, & prospexit in  
monumentum, tum etiam propter perse-  
cutionem expectationis, & fiduciam peccato-  
rum. Opusc. 60. c. 2.

6 Triplex priuilegium Magdalenz est collatū; primo prophetiū per hoc, quod meruit Angelos uidere, propheta enim est medius inter Angelos, & populum. Secundo Angelorū fastigium, per hoc, quod uidit Christum, ut quē desiderant Angeli prospicere. Tertio officium Apostolicum; imo facta est Apostolorum Apostola per hoc, quod ei committitur, ut Resurrectionem Dominicam discipulis annunciet, ut sicut mulier viro primo annunciauit verba mortis; ita & mulier primo nuntiaret verba uitę. Ioan. 20. lect. 3.

7 Venit Maria Magdalena, & altera Maria. Vocatur Maria. Sicut de utero clauso Maria suscepit puerum, sic iste exeuntem de tumulo clauso meruerunt uidere eum. Et occurrit illis Iesus dicens, *mulier*. Sicut prima mulier audiuit maledictionem, sic ista mulieres audierunt benedictionem. Mat. c. 28.

8 Creditur quod inter viros primo apparuit Petro, quia erat in magna tristitia. ut legitur Iacobus uoluit se non sumpturum cibum, nisi prius uideret Christum. & ideo singulariter Christus apparuit Iacobo, quia specialē deuotionem Iacobus ad Christum habuit. 1. Cor. 15. lect. 1.

9 Ideo prima die frequentius apparuit, quia per plura indicia erant admonendi, ut à principio

ipio fidem Resurrectionis recipere. Postquam autem iam eam ceperant non oportebat eos iam certificatos, tam frequentibus apparitionibus instrui. Crebra tamē erat eius cum eis conuersatio priusquam ascēdisset in cælum, & hoc ad consolationem ipsorum. 3. p. q. 55. ar. 3. ad 3.

10 Spiritus meus, qui mortis amaritudine pro me gustauit, & quasi falcatus myrrha mihi fuit; In Resurrectione factus est mihi botrus Cypri, quando me gaudio lux resurrectionis lætificauit. Cant. c. 1.



**MYS**

49

# MYSTERIVM SECVNDVM.

*Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum;*  
*& c. Ioan. 20.*

*Pater noster.* Christus dicitur ad Patrem ascendere in quantum ascendit ad consessum paternę dextrę, quod quidem conuenit Christo aliquo-qualiter secundum diuinam naturam, aliquo-qualiter autem secundum humanam: 3. p. q. 57. ar. 2. ad 3.

1. *Aue Maria.* Considerandum est vnde assumptus, quia de terra; quo assumptus, quia in cęlum: quia via, quia per aerem: quis assumptus, quia Iesus Christus, vt sic ex omni parte omnia attestentur merita assumptionis. Terra per Apostolos, cęlum per Angelos, Deus per nubem, ipse Iesus per manuum eleuationem, vt ostenderetur, quia iste idem ascendebat in carne, qui crucifixus fuerat, & resurrexerat. Ser. in fest. Ascens.

2. *Ducam te in domum Matris mee.* Cant. 8. i. deducam, & prosequar te reuertentem in cęlũ, quia ascendentem Dñm in cęlos Apostoli oculis deduxerunt: & quovis que cum nubes suscepit, pio aspectu profecti sunt, donec Angeli astantes dixerunt: *Viri Galilei, & c. Cāt. c. 8.*

3. Elias legitur in currũ igneo ascendisse, vt aperte monstraretur, quod homo putus aliene

D

Indi

indigebat auxilio: Redemptor autem noster non in curru, non ab Angelis subleuatus legitur, quia qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur. Opul. 60. c. 23.

- 4 Nubes illa non præbuit adminiculum Christo per modum vehiculi, sed apparuit in signū diuinitatis, secundum quod gloria Dei Israel apparebat super tabernaculum in nube. 3. p. q. 57. ar. 4. ad 4.
- 5 Duo genera plallentium fuerunt in Ascensione Christi. scilicet Apostoli, & Angeli: Apostoli imperfectam cognitionem habent de diuinis, & ideo ad eos pertinet iubilus de gaudio Ascensionis Christi cum gloria: item fuerunt ibi Angeli; & claram cognitionem habuerunt, & ad eos non pertinet iubilus, sed manifesta antūciatio, & ideo Angeli dicunt: *Viri Galilæi, &c.* Pl. 46.
- 6 Corpus Christi, licet considerando cōditiones naturæ corporeæ sit infra spirituales substantias, cōsiderādo tamē dignitatē vnionis, qua est personaliter Deo cōiūctū, excellit dignitatē omniū spiritualiū substantiarū; & ideo debetur sibi locus altior ultra omnē creaturā, etiam spiritualem. 3. p. q. 57. a. 5.
- 7 Ipsa repræsēratio sui ex natura humana, quā in celum intulit, est quædā interpellatio pro nobis, vt ex quo Deus humanam naturam sic  
exal;

exaltavit in Christo, etiam eorum misereatur  
pro quibus Filius Dei humanā naturam assūp-  
sit. ar. 6.

- 8 *Fuge dilecte mi,* idest, impleto Incarnationis, &  
passionis Mystério reuertere ad celum, vt nō  
iam te sicut hominem, sed sicut Deum super  
omnia cogitare incipiam. Expediebat enim  
Apostolis, & omni Ecclesiæ, vt Christus redi-  
ret, idest, præsentiam corporalem absentaret,  
quia dum in corpore præsens erat, non pote-  
rant eum spiritualiter amare, & non poterāt  
eū, quem hominem cernebant, vt Deum in-  
uisibilē, & vbiq; præsentem cogitare. Cāt. 8.
- 9 Vt legitur in itinerario Clementis, Petrus  
adeo afficiebatur ad Christi corporalem præ-  
sentiam, quam feruentissimè dilexerat, quod  
post Christi Ascensionem, cum dulcissimæ præ-  
sentia, & sanctissimæ conuersationis memor  
erat, totus resoluēbatur in lachrymis, ita vt ge-  
næ eius viderentur aduulsæ. Ioan. 13. lect. 2.
- 10 Verūtāmen neme in præseti sine tua visi-  
tatione relinquis, mihiq; te penitus subtra-  
has: *similis esto caprea, hinnuluq; cernorū.* Sicut  
capræ, & hinnuli cernorū humanum cōlor-  
tū fugiunt, tamen crebrius in montibus vidē-  
tur, sic, & tu post tuam Ascensionem, licet in-  
uisibilis sis, dignare mihi tamen sapius dono  
tuæ gratiæ apparere, & hoc super mōtes aro

D

matum,

2  
matū, qui sunt Sācti Dei excellētia sanctæ con-  
uersationis iā cælo proximi, & odore, ac fa-  
ma virtutū longè, lateque fragrantēs. Cāt. 8.

### MYSTERIVM TERTIVM.

*Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cæperunt loqui  
varijs linguis. Act. 2.*

*Pater noster.* Idem est Spiritus Christi, & Dei Pa-  
tris, sed dicitur Dei Patris in quantum a Patre  
procedit; dicitur Spiritus Christi in quantum  
procedit a Filio; vnde etiam Dñs vbiq̃ attri-  
buit eum sibi, & Patri, sicut Ioann. 14. *Parachi-  
tus Spiritus Sanctus, quem Pater mittet in nomine  
meo. Rom. c. 8. lect. 2.*

1 *Aue Maria.* Christus noluit Spiritum S. dare  
discipulis existens cum eis: nam Spiritui San-  
cto, cū sit amor spiritualis, contrariatur amor  
carnalis: discipuli autē quodam carnali amo-  
re afficiebantur ad Christi humanitatem, &  
nedum eleuati erant spirituali amore ad eius  
diuinitatem, & ideo nondum capaces erant  
Spiritus Sancti Ioan. 16. lect. 2.

2 Postquam ab eis Christus subtraheretur fuerat,  
traxit post se corda eorū ad cælestia, & æter-  
na, quibus sic eleuatis cælestes, & spirituales  
facti sunt; & ideo Spiritus Sancti capaciores.  
*Opusc. 60. c. 23.*

Sicut

- 3 Sicut Iudæis quinquagesimo die ab egressu de Ægypto apparuit ignis æmulationis; ita discipulis 50. die à die Resurrectionis ignis Spiritus Sancti non palpabilis, sed mente perceptibilis. Tren. 1. *De excelso misit in ossib<sup>2</sup> meis ignem, & erudiuit me.* Heb. c. 12. lect. 4.
- 4 Sicut effectus missionis filij fuit ducere ad Patrem, ita effectus missionis Spiritus Sancti est ducere fideles ad Filium. Filius autem cum sit ipsa sapientia genita est ipsa veritas, & ideo effectus missionis huiusmodi est, vt faciat homines participes diuinæ sapientiæ, & cognitores veritatis. Ioan. 14. lect. 6.
- 5 Discipulis dispersitæ linguæ apparuerunt, quando sedit supra singulos eorum Spirit<sup>2</sup> S<sup>2</sup>ctus, qui & dispersitus apparet secundum diuersa donorum officia, & tamē vnit per charitatem, & sic propter primū apparuit in dispersitis linguis, in columbæ specie propter secundum. Ioan. 1. lect. 14.
- 6 Spiritus Sanctus in linguis igneis apparuit, quia loquentes, & ardentes fecit Apostolos. Cant. c. 4, ante enim timidi erant, ita vt non auderent Christum publicè cōfiteri, sed Spiritu Sancto repleti timore depulso annunciauerunt hominibus Christum ab ipso Spiritu quodammodo impulsū. Isai. 53. *Cū venerit quasi fluminis violentus.* Ioan. 16. lect. 4.

7 Per Christū factū est, quod etiam ad inuocatio-  
nē nominis eius Spiritus Sanctus daretur, quo  
accenderetur corda charitatis diuinæ affectu,  
& mentes illustrarentur subito in scientia di-  
uinorum, & linguæ simplicium redderentur  
difertæ ad diuinam veritatem hominibus pro-  
ponendam. 4. Contrag. c. 55. ad 8.

8 Spiritum S. & tēpore prius, & cæteris abun-  
dantius Apostoli habuerunt, sicut & in fructi-  
bus terræ illud quod primo ad maturitatem  
peruenit est pinguius, & magis acceptū. Ex  
quo patet, quod Apostoli sunt omnibus alijs  
Sanctis quacumque prærogatiua præfulgeāt,  
siue virginitatis, siue doctrinæ, siue martyrii,  
preferendi, tanquam abundantius Spiritum  
Sanctum habentes. Rom. c. 8. lect. 5.

9 Inter alios qui fuerunt de primitiua Ecce-  
lesia in die Pentecostes, & B. Virgini visibilis mis-  
sio Spiritus Sancti facta est: sed quāuis singularē  
plenitudinem gratiæ consecuta sit, tamen nō  
fuit ad ipsā facta missio visibilis specialis, quia  
nō ordinabatur gratia sua ad plantationē Ec-  
clesiæ per modum doctrinæ, & administratio-  
nis Sacramentorum, sicut per Apostolos factū  
est. 1. sent. dist. 16. ar. 2. ad 4.

10 *Similis est dilectus meus. s. Christus caprea, hin-  
nuloq; ceruorum.* Fertur hinnulus hanc habere  
naturam, vt feruente Sole vmbrosa, & opaca  
loca

loca requirat, in quibus ab æstu protegatur. Christus in eorum mētib; requiescit, qui rore Spiritus Sancti ab æstibus carnalium voluptatum temperantur. Illas mentes dilectus visitare est dignatus, quæ domus Dei esse studēt.  
Cant. 2.

## MYSTERIVM QVARTVM.

*Assumpta est Maria in Celū gaudent Angeli. S. Romana Ecclesia.*

*Pater noster. Benedicta tu in mulieribus: a Deo Patre, quia in eodem Filio secum communicas, a Filio, quia dignum habitaculum ei præparas, a Spiritu Sancto, cuius operatione Salvatorem mundi generas. Ser. 2. Ann.*

1 *Aue Maria.* Dionysius simul cum Timotheo, & Ierotheo, & multis alijs sanctis fratrib; cōvenerunt apud Apostolos ad videndum corpus B. Virginis Mariæ in eius morte, quod etiam suscepit Deum Incarnatione, & in illo conuentu, aderant etiam Iacobus frater Domini, & Petrus, qui erat summum caput omnium Apostolorum. Super Dionys. de diu. nomin. c. 3. lect. vn.

2 A maledictione cōmuni viris, & mulieribus scilicet vt in puluerē reuerterentur, immunis fuit B. Virgo, quia cū corpore assūpta est in cælum.

56  
lum. Credimus enim, quod post mortem re-  
suscitata fuerit, & portata in coelum. Pl. Surge  
Domine in requiem tuam tu, & arca sanctifica-  
tionis tuæ. Opul. 3.

Post visionem prædictam visum est omni-  
bus, ut vniuersi Apostoli, & Episcopi, qui ibi  
aderant, laudarent infinitam bonitatem diui-  
næ maiestatis, sicut vnicuique erat possibile.  
Super Dionys. vbi sup.

B. Virgo fuit perfecta in vtraq; vita, & ideo  
secundum Anselmum in Assumptione eius le-  
gitur Euangelium de Martha, & Maria, quæ  
significant vitam actiuam, & contemplatiuã.  
3. sent. dist. 35. ar. 3. q. 3. ad 2.

B. Virgo est exaltata sicut Angeli, Patriarchæ,  
Propheta, Apostoli, Martyres, Cōfessores, &  
Virgines. Fuit enim exaltata super Choros  
Angelorum, & super omnes Sanctos. Nec mi-  
seri est exaltata sicut Angeli, Patriarchæ, & c.  
Habuit enim meritū Angelorū Angelicè vi-  
uēdo, habuit meritū Prophetæ prophetādo,  
habuit meritū Apostolorū, & Euāgelistarum  
docēdo, & c. Et sicut habuit meritū omniū, &  
amplius, ita congruū fuit, vt super omnes ordi-  
nes celestiū ponatur. Ser. de Assūp. B. Mariæ.

6 Via Christi est Virgo B. Pl. 76. In mari via tuã  
hæc est impolluta. Cāt. 4. *Tota pulchra es amica  
mea, & macula nō est in te. Pl. 17. In sole posuit ta-*

ber.

*bernaculum suū*, idest, corp<sup>o</sup> suū posuit in sole;  
idest, in B. Virgine, quæ nullā habuit obscuri-  
tatem peccati. Ps. 18.

7 Fecit summus Artifex in ostentationem ple-  
niorem artis suæ speculum vnum clarissimo  
clarius, Seraphim tersius, & purius, & tantæ  
pauitatis, vt purius intelligi non possit, nisi  
Deus esset, personā scilicet gloriosissimæ Vir-  
ginis. Opusc. 61. c. 47.

8 Persona Gloriosissimæ Virginis in cognos-  
cendo, & diligendo Deum omnium creatarū  
personarum communitatem inæstimabiliter  
excelsit, sed ad personæ increata vnitatē ra-  
tionabiliter non accessit. ibid.

9 Nulli creaturæ hoc cōcessum est, nec homi-  
ni, nec Angelo, vt esset Pater, aut Mater Dei,  
sed hoc fuit priuilegium gratiæ singularis, vt  
non solum hominis, sed Dei Mater fieret; &  
ideo in Apoc. 12. dicitur: *Mulier amicta Sole*,  
quasi tota repleta diuinitate. Mat. c. 1.

10 B. Virgini debetur veneratio dulciæ, eminē-  
tius tamē quam cæteris creaturis, in quantum  
ipia est Mater Dei, & ideo dicitur, quod de-  
betur ei non qualicumque dulia,  
sed hyperdulia. 3. p. q.

25. an. 5.

## MYSTERIVM QVINTVM.

*Veni de Libano, veni coronaberis. Cant.*

cap. 4.

*Pater noster.* Familiarior est cum Deo B. Virgo quam Angelus, quia cum ipsa Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus, vnde cantatur de ea: *Totius Trinitatis nobile rivelinum.* Opusc. 8.

1. *Ave Maria.* In Glorificatione B. Virginis consummata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni. 3. p. q. 27. ar. 5. ad 2.
2. B. Virgo Regina, & Mater Regis est, quæ astat super omnes Choros in vestitu deaurato, id est, deaurata diuinitate, non quod sit Deus, sed quia est Mater Dei. Ps. 45.
3. Sicut Deus præordinauit aliquos Sanctos ad maiorem dignitatem, ita & abundantio rem gratiam eis infudit, sicut Christo homini, quæ ad vnitatem personæ assumpsit, contulit gratiam singularem; & gloriosissimam Virginem Mariam, quam in Matrem elegit, & quantum ad animam, & quantum ad corpus gratia impleuit. Ad Eph. c. 1. lect. 3.
4. Magnum est in quolibet Sancto quando habet tantum de gratia quod sufficit ad salutem multorum, sed quando haberet tantum, quod sufficeret ad salutem omnium hominum de

mun-

mundo, hoc esse maximū, & hoc est in Chri-  
 to, & in B. Virgine; nam in omni periculo po-  
 tes salutem obtinere ab ipsa Virgine glorio-  
 sa; vnde Cant. 4. *Mille clypei. s. remedia con-*  
*tra pericula pendēt, & c.* Et in omni opere vir-  
 tutis potes eam habere in adiutoriū, & ideo  
 dicit ipsa Eccl. 24. *In me omnis spes vite, & vir-*  
*tutis.* Opusc. 8.

6 Ideo benedicta in mulieribus, quia ipsa sola  
 maledictionem sustulit, & benedictionē por-  
 tauit, & ianuam Paradyli aperuit; & ideo cō-  
 uenit ei nomē Maria, quæ interpretatur stel-  
 la maris, quia sicut per stellas maris nauigā-  
 tes diriguntur ad portum, ita Christiani diri-  
 guntur per Mariam ad gloriam. Opusc. 8.

6 Quando aliquis vult fugere peccatū, primo  
 debet excutere pigrītam. Eph. 5. *Surge qui dor-*  
*mis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chri-*  
*stus.* Secundo debet accipere fiduciam à ma-  
 tre, & filio. s. Christo. Eccl. 24. *In me omnis spes,*  
*vite, & virtutis.* Tertio debet fugere à pecca-  
 to aditus auxilio matris, & pueri. Mat. c. 2.

7 B. Virgo est speciosa propter candorē Vir-  
 ginitatis, ruborem charitatis, reatitudinē sā-  
 ctitatis, benignitatem humilitatis, propter flo-  
 res desiderabilium morū, propter pulcherri-  
 ma folia dulciū verborū. Ser. in Ann. B. M.

8 Est gratiosa propter multas vilitates; primo

mare

mare nobis diuisit. i. mundum vt tranſeamus. Secundo de petra Chriſtus nobis produxit aquam gratiæ vt bibamus. Tertio mel dat nobis deuotionis vt reficiamur. Quarto per ipſam diabolum ſuperamus. Quinto per ipſam diuinam clementiam impetramus. Sexto per eã de manibꝫ inimicorum omnium liberamur. *ibid.*

9 Est glorioſa, quia floruit ſine humore, frondit ſine corruptione, parturiuit ſine læſione. Itẽ glorioſa, quia a Magis prophetata, ab hominibus prædicata, & ab omnibus generationibus beatificata. *ibid.*

10 Debet frequenter ab omnibus benedici. i. beata prædicari. *Luc. 1. Beatã me dicent omnes generationes. Dom. 4. quadrag. Benedicat te Virgo Beata Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus: Benedicant te Angeli, peccatores, iuſti, & omnes creaturæ. Amen. Ser. de Ann. B. Virg.*

### ORATIO.

**E**ia piſſime Deus, qui animæ noſtræ tuam Imaginẽ abſq; noſtro deſiderio impreſiſti, petimus per omne, quod tu es cum omni, quod tu es (*Redemptionis effectus*) miſericorditer imprimere nobis digneris, ne in vanum circa nos laboraueris, ne in uacuum, imò periculose uiuamus,

81

mus, si non tuum seruitium circa nos ad finem debitum perducamus. Amen. Opusc. de diu. morib.

*Oratio D. Thomæ Aquinatis ad Beatissimam Mariam Virginem ab omni Religioso dicenda.*

**O** Beatissima, & dulcissima Virgo Maria, Mater Dei, omni pietate plenissima, summi Regis filia, Domina Angelorum, mater omnium Creatoris, in sinum pietatis tuæ commendo hodie, & omnibus diebus vitæ meæ corpus meum, & animam meā, omnesque actus meos, cogitationes, voluntates, desideria, locutiones, operationes, omnemque vitam, finemque meū, vt per tua suffragia disponar in bonum secundū voluntatem dilecti Filij tui Domini nostri Iesu-Christi; vt sis mihi, o Domina mea sanctissima adiutrix, & consolatrix cōtra insidias, & laqueos hostis antiqui, & omnium inimicorum meorum. A dilecto filio tuo Domino nostro Iesu-Christo mihi impetrare digneris gratiam, cum qua potenter resistere valeam tentationibus mundi, carnis, & dæmonis, ac semper habere firmum propositum vltius non peccandi, sed in tuo, & dilecti Filij tui seruitio perseverandi.

De

Deprecor te etiam Domina mea sanctissima, vt  
 impetres mihi veram obedientiam, & veram  
 cordis humilitatem, vt veraciter me agnoscam  
 miserum, ac fragilem peccatorem, & impoten-  
 tem, non solum ad faciendum quodcumq; op-  
 bonum, sed etiam ad resistendum continuis im-  
 pugnationibus, sine gratia, & adiutorio Creato-  
 ris mei, & sanctis precibus tuis. Impetra mihi e-  
 tiam, o Domina mea dulcissima perpetuam me-  
 tis, & corporis castitatem, quatenus puro corde,  
 & casto corpore, dilecto Filio tuo, & tibi in tuo  
 ordine valeam deteruire. Obtine mihi ab eo vo-  
 luntariam paupertatem cum patientia, & men-  
 tis tranquillitatem, vt labores eiusdem ordinis va-  
 leam sustinere, & pro salute propria, & proxi-  
 morum in eo valeam laborare. Impetra mihi e-  
 tiam, o Domina dulcissima, charitatem veram,  
 qua dulcissimum, & dilectissimum Filium tuum  
 Dominum nostrum Iesum Christum toto cor-  
 de diligam, & te post ipsum super omnia, & pro-  
 ximum in Deo, & propter Deum. Sicque de bo-  
 no eius gaudeam, & de malo doleam, nullumq;  
 contemnam, neque temerarie iudicem, neq; in  
 corde meo me alicui præponā. Fac etiam, o Re-  
 gina mater, vt dilectissimi Filij tui timorem pa-  
 riter, & amorē semper in corde meo habeas; &  
 de tantis beneficijs mihi, non meis meritis, sed  
 ipsius benignitate collatis, semper gratias agā,  
 ac

ac de peccatis meis puram, & sinceram confes-  
 sionem, & veram poenitentiam faciam, vt suam eo  
 sequi merear misericordiam, & gratiam. Oro  
 etiam, vt in fine vitæ meæ, tu Mater vnica, ca-  
 lifornia, & peccatorum advocata, me indignū ter-  
 uitorem tuum à sancta fide Catholica deniare  
 non permittas, sed tua magna pietate, & miseri-  
 cordia mihi succurras, & à malis spiritibus me de-  
 fendas, ac benedicti Filij tui gloriosa passio-  
 ne, etiam tua propria intercessione spe accep-  
 ta, veniam de peccatis meis ab eo mihi impe-  
 tra, atque me in tua, & eius dilectione mo-  
 rientem, in viam saluationis, &  
 salutis dirigas.

Amen.

F I N I S.



S. THO-

Illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and difficult to decipher.



# SANCTI THOMÆ

AQVINATIS ORDINIS  
PRÆDicatorvm.

*Vita, Propositiones,*

COLLECTA.

Ex Bulla Canonizat.	Ex eod. Angelico Doctore
Breviario Ordinis.	Diuinæ Volūtatīs Interpretē
S. Antonino 3. p. hist.	Aplendidissimo Catholice
tit. 23. c. 7. Lippom.	Fidei Achleia, Sacra Theol.
et alijs Scriptoribus.	Principe, ac Parente, &c.

ITA, VT

Hac, Textu: Iſtis, Commentario,

LECTOR, VTATUR,

E

J. I.

**P**riusquam conceptum utero mater gereret, Eremita quidam eam parituram filium Thomam nomine, & in Ordine Fratrum Predicatorum eximum futurum pronunciat.

**E**st duplex status vitæ, vnus occultus, quo concepti viuunt in utero: alius manifestus, quo viuunt homines post natiuitatem ex utero. S. T. super Iob. cap. 3. lect. 2.

Vita hominis in ventre matris abscondita est, vnde tenebris noctis comparatur: cum autem per natiuitatem in manifestum prodit, tunc claræ diei similitudinem habet. Iob c. 3. lect. 1.

Conuenienter homo ad homines mittitur, per quem homines magis alliciuntur, ut potè per sibi simile. Poterat enim Deus homines gubernare per Angelos, sed maluit per homines, ut ipsorum exemplo magis instruerentur. Super Ioã. cap. 1. lect. 4.

Speciali modo ordinantur à Deo quidam homines, & non solum naturaliter in quantum sunt, sed etiam spiritualiter per sua bona opera Deo testimonium ferunt. ibid.

Sed tamen illi, qui participant non solum dona Dei in seipsis per gratiam, Deo bene operando, sed etiam diffundunt ad alios docendo, monendo,

nendo, & exhortando, specialiter sunt testes Dei.  
ibid.

§. 2.

*Parth. Eternus.* Nasceitur anno salutis M. CC. xxiv. non cum lachrymis, sed cum quadam luminis refulgentia, ut potius diuinus spiritus, quam humana creatura videatur.

*Pio. par. 1. nu. 201.* Astrologi consulti à patre in die natiuitatis pueri, dixerunt, illum relictorum pauperum domum, sed euasurum *Virum Mirificum.*

Loco in quo natus non congruit risus, valis enim lachrymarum est: hoc ostendit puer natus lachrymans, vnde August. puer qui nascitur à ploratu incipit, nec ridere potest, statim natus plorat propheta suae calamitatis. *Opusc. de Eru. lib. Princ. lib. 3. c. x.*

Intendit Iob, quod dies suae natiuitatis non debet iudicari dies gaudij, sed maroris; cum per suam natiuitatem ad vitam tantae aduersitatis subiectam deuenit, & quod sua natiuitas non debet computari inter insignia Dei beneficia, cum magis ad miseriam natus esse videatur, quam ad laeticiam. *Iob. c. 3. lect. 1.*

Corpora lenia, id est, polita, & tersa ex proprietate suae naturae habent quaedam fulgorem,  
E 2 quod

quod in corporibus asperis, & non planis nõ accidit: quia quædam partes supereminēt alijs, & obumbrant eas. Lib. de sensu lect. 3.

Angeli in sua dignitate remanentes excellentiam quamdam habent super hominum dignitatem; vnde, & in fulgentiori quadam claritate apparent hominibus. Job. c. 40. lect. 2.

Vt Chrysost. dicit hom. 6. in Math. Nõ est hoc astronomiæ opus à Stellis scire eos, qui nascuntur, sed ab hora natiuitatis futura prædicere. 3. p. q. 38. ar. 5. ad 3.

Secundum Astrologos natiuitas diurna est laudabilior, principaliori sydere, idest, Sole exiitente super terram. Job. c. 3. lect. 1.

Sol quando in meridie circa summum Cæli mouetur, tunc quasi perambulat semitas domus suæ termini autem eius sunt apud ortum, & occasum. Job. c. 38. lect. 2.

Qui sciret virtutem signorum, & stellarum in eis positarū, dum nascitur res aliqua, cognosceret quantum est de influencia cælesti, & posset pronosticari de tota vita rei generatæ; licet hoc necessitatem non poneret, quia potest impediri per accidens. Lib. 2. de gener. c. 58. lect. 10.

Licet ascēdēdo, immediatè Mars sit supra Solem quantum ad situm; tamen est immediatè supra Lunam quantum ad dominium in prima hora Martis (dummodo dominium Martis, & Lunæ

na non referatur ad liberum arbitrium. ) Imò  
 etiam hoc verum est secundum ordinem dierum;  
 nam cum septem planetis, septem hora secundum  
 Astrologos deputentur, cum viginti qua-  
 tuor hora sint naturalis diei, consequens est, ut  
 prima feria in 22. hora diei Luna dominium ha-  
 beat, sicut & in prima eiusdem; unde reinicien-  
 do a Saturno vigesima tertia hora ei deputabi-  
 tur, & vigesima quarta Ioui: prima diei sequen-  
 tis Marti deputabitur. Opusc. 10. ar. 39.

Distinctio dierum, mensium, annorum, &  
 temporum attenditur secundum cursum Solis,  
 & Lunæ; & ideo tales temporum distinctiones  
 obseruantes venerantur corpora caelestia, & dis-  
 ponunt actus suos secundum iudicium astrorum,  
 quæ nullam directam impressionem habent in  
 voluntate hominis, & in his, quæ dependent a li-  
 bero arbitrio, & ex hoc imminet graue pericu-  
 lum, & ideo cauendum est fidelibus talia obser-  
 uare. ad Galat. c. 4. lect. 5.

Nulla debet esse fidelibus suspensio harum  
 rerum, quia prospere potest cedere, quicquid  
 sub Dei deuotione simpliciter agitur.



*Pizam. Landulpho patre Aquini Comite, ac multorum  
Oppidorum Principe (Etrus. Verè digno Ottamano-  
rum pro genie, meritoque à Comitibus, Ducibus, & Re-  
gibus Sicilia, Calabria, & Apulie descendente) na-  
tus, Theodoram matrem, quæ Ludouico Sicilia, & Pe-  
tro Aragonie Regibus ex duabus Saxonibus ortis, dig-  
nissima erat.*

Manifestum est, quod homo non potest du-  
rare in se, ideo consolatio est ei, quod maneat in  
suo simili, scilicet, in filio, & hoc natura deside-  
rat, vt quod non potest in se saluari, saluetur in  
suo simili. Mat. cap. 20.

Secundum Philosoph. 8. Eth. c. 9. tria à pare-  
tibus habemus, scilicet, esse, nutrimentum, & dis-  
ciplinam: filius autem à patre eductus; & instrui  
non posset, nisi determinatos, & certos parentes  
haberet, quod non esset, nisi esset aliqua obliga-  
tio viri ad mulierem determinatâ, quæ matri-  
monium facit. 4. sent. dist. 26. q. 1. ar. 1.

Quæ pertinent ad naturam speciei tradu-  
cuntur à parentibus in filios, nisi sit defectus natu-  
ræ, sicut oculatus generat oculatum, nisi natu-  
ra deficiat: & si natura sit fortis, etiam aliqua ac-  
cidentia indiuidualia propagantur in filios per-  
tinentia ad dispositionem naturæ, sicut veloci-

tas corporis, bonitas ingenij, & alia huiusmodi.  
1. 2. q. 8. 1. ar. 2.

Sed hoc verum de accidētibus, quæ aliqua  
liter ad corpus pertinent, non autem de accid. n  
tibus, quæ solum pertinet ad animam, maxime  
intellectiuam, quæ non est virtus in organo cor  
porali, homo enim albus plerumque generat si  
lium album, & magnus magnum, nūquam autē  
grammaticus grammaticum, aut physicus physi  
cum: De malo q. 4. ar. 8.

In perfectionibus animæ generat sibi simi  
lem non secundum actum, sed fortè secundū ap  
titudinem tantum, secundum quod ex comple  
xione corporis, unus est habilior alio ad scien  
tiam, vel doctrinam, vel virtutem. 2. sent. dist.  
20. q. 2. ar. 3.

Quod aliquando natus assimilatur matri, ex  
qua generatur materialiter, est ex defectu virtu  
tis actiue, quæ non potest materiam contrahere  
ad sui similitudinem, vnde vincunt motus ma  
teriæ, & assimilatur filius matri. 3. sent. dist. 16.  
q. 1. ar. 3. ad 2.

In his quæ ad rationem speciei pertinent  
magis similatur fili<sup>o</sup> matri, quam patri, quia res  
habet à forma esse specificum, sed condiciones  
materiales à materia. 4. sent. distinct. 36. artic. 4.  
ad 2.

Proles in his, quæ pertinet ad dignitatem.

qua est ex forma rei, sequitur patrem, sicut in honoribus, & municipijs, & hereditate, & alijs, & huic etiam concordant Canones, & lex Moyli, vt patet Exodi 21. 4. sent. dist. 36. ar. 4.

Honor parentum redundat in prolem, iuxta illud Prou. 8. *Gloria filiorum in parentibus eorum.* *Cap. pulc. 60. c. 3.*

Magis est, Magnum imitari patrem, quam nasci ex eo. *Mat. c. 3.*

Non est aliquis sapiens propter sapientiam, quam pater habuit, vt in filio Salomonis, patet, qui fuit valde stultus, cum pater eius fuerit sapientissimus, nec aliquis diues propter diuitias, quas parentes eius habuerunt, quae ad eum non peruenierunt, sic non est aliquis gloriosus nobilitate, quam parentes eius habuerunt, si ipse degenerauit. *Opusc. de Erud. Princ. lib. 1. cap. 4.*

Quod non sit homo nobilis eo quod ortum habeat a nobilibus, ipse Philosophus perperderunt. Nemo altero nobilior, nisi cui rectus est ingenium, & bonis artibus aptus. *Ibid.*

Ad veram Principis nobilitatem pertinet, vt ipse sit sine ignobilitate, sine erubescibili seruitute, a nulla ruitate superari se permittat, turpitudinem omnem abhorreat, ad largitatem bonorum bene se habeat, bona sua libenter, & liberaliter tribuat, subiectis sit clemens, & pius, in rebelles fenerus, parua despiciat, magna appetat.

fat, aggrediatur ardua, non vano timore ab eo;  
quod aggressus est, citra consummationem des-  
stat. *ibid.* c. 3.

De ratione Regis est, quod sit vnus qui presit,  
& quod sit pastor commune multitudinis bonū,  
& non suum commodum quærens; qui perfec-  
tam cōmunitatem regit, idest, Ciuitatē, vel Pro-  
uinciam antonomastice Rex vocatur. *Opusc.*  
20. lib. 1. cap. 1.

Provincia, & Ciuitates, quæ sub vno Rege  
reguntur, pace gaudent, iustitia florēt, & affluē-  
tia rerum lætantur. *ibid.* c. 2.

Hoc officium Rex se suscepisse cognoscat,  
vt sit in regno, sicut in corpora anima, & sicut  
Deus in mundo; quæ si diligenter recogitet, ex  
altero iustitiæ in eo zelus accenditur, dum consi-  
derat ad hoc se positum, vt loco Dei iudicium  
in regno exerceat; ex altero vero mansuetudi-  
nis, & clementiæ lenitatem acquirit, dum repu-  
tat singulos, qui suo substant regimini, sicut pro-  
pria membra. *ibid.* c. 2.

Non debet Princeps reputare se magnum,  
eo quod in altitudine potestatis sit positus, sicut  
nec granum millij magnum est, licet in monte  
sit. *Etudic. Princ.* lib. 1. c. 6.

Super omnia eos, qui præsunt, debet ad hu-  
militatem inducere Christi humilitas, qui Regū  
est Rex, & Caput Ecclesiæ, qui humillimus  
fuit,

fuit; magna peruersitas, & deformitas est, quod aliquod membrorum corporis alius sit capite; indecens est valde quod Rege sedente ad terrā, serui eius sedeant in alto. *ibid.*

Omnes Magni Principes, & Monarchæ cū humillitate subingauerunt mundum, sed cum fastidationis perdidit dominium; propter quod in Eccles. scribitur. *Quæta magnuses, humiliate in omnibus coram Deo, & inuenies gratiā. Opus. 20. lib. 3. c. 14.*

Regimen cuiuscumque Collegij, siue Pro-uinciæ, siue ciuitatis, vel castri siue ministerio di-uerforum Officialium bene regi non potest. *Opus. 20. lib. 1. c. 10.*

Oportet ministros Dñis cuiuscumque re-giminis esse cōformes sicut mēbra capiti, prop-ter quod hodie (id est, anno 1270.) in Italia om-nes sunt mercenarij sicut & Domini; & ideo a-gunt sicut mercede conducti, non ad utilitatem subditorum, sed ad lucrum suum præstituentes in mercede finem; quando vero gratis ministra-bant, vt antiqui Romani, tunc eorum sollicitudo figebatur ad Rem publicam sicut ad finem, & in-de proficiebant. *ibid.*

Regalis regiminis alij sunt ministri, perpe-tuis officijs deputati ad ministrandum Regi pro suo, sui que populi fructu, vt sunt Comites, Baro-nes, & milites simplices, feudatarij, qui ex suo feudo

feudo, & ipsi, & sui successores ad regni gubernacula sunt obligati perpetuo. *ibid.*

Propria nomina dignitatum deseruentiu Imperatoribus, & Regibus, sunt Principes, Domini videlicet Prouinciarum, quasi primum locum tenentes, sub regali, vel imperiali dominio; vnde & dominatur Baronibus, & Comitibus interdum, vt in Theutonia, & Regno Sicilia patet. *lib. 3. c. 21.*

Comites dicuntur a comitando, quia ipsorum officium est precipue Reges, & Imperatores sequi in rebus bellicis, vel quacumque remilitari, & in alijs quibuscumque gerendis pro totius regni vtilitate. *lib. 3. c. 21.*

Duces a ducatu populi dicti sunt, sed precipue in castris: est enim ipsorum officium exercitum dirigere; & ipsum in pugna preire, & hoc nomen tali rectori proprie conuenit propter difficultatem regendi quando quis est in pugna; vnde ab excellentia regiminis congruissime Dux vocatur. *ibid.*

Aliud nomen dignitatis deseruentis Imperatoribus, & Regibus est Marchio, qui Comitum equipollet: sed hoc nomen sortitur a seueritate iustitiae; dicitur enim Marchio a Marcha, quod est singulare diuinitum pondus, per quod significatur recta, & rigida iustitia, quia, vt communiter reperitur in regionibus nobis notis,  
omnes

omnes tales Principes, qui isto nomine nunciantur sunt in prouincijs asperis, propter quod & confinia regionum, quae sunt loca montuola, & rigida, apud aliquos appellantur marchia: vel in prouincijs lasciuis, quorum vtrunque genus rigore iustitiae conseruatur. *ibid.*

Sicut terrenus Rex grauis punit suos ministros, si inuenit eos sibi contrarios: ita Deus magis punit eos, quos sui regiminis executores, & ministros facit, si nequite agant, Dei iudicium in amaritudinem conuertentes. *lib. 1. cap. 11.*

Rectores ciuitatum sapius exponuntur examini, si bene indicauerunt, aut rexerint secundum leges eisdem traditas, & ex contrario subiiciuntur poenis; quod in Regibus, vel Imperatoribus loci non habet, nisi quod regiones interdum eis rebellant, si iura regni transcendant; sicut in partibus Hispaniae, & Ungariae frequenter accidit. *lib. 4. c. 1.*

Quamuis quilibet ad cultum diuinum sit obligatus; plus tamen Princeps etiam sicut priuata persona, in quantum plus participat de nobilitate humanae naturae ratione sui generis, unde trahit originem, & inde nobilitatem. *lib. 2. capite 16.*

Omnes Reges qui ad diuinam reuerentiam fuerunt solliciti, feliciter suum consumauerunt cursum; qui vero e contra, infelicem consecuti sunt exitum. *ibid.*

Quia

Quia vitæ, qua in præfenti bene viuimus, finis est beatitudo cælestis: ad Regis officium pertinet ea ratione vitam multitudinis bonam procurare secundum quod congruit ad cælestem beatitudinem consequendam; vt scilicet ea præcipiat quæ ad cælestem beatitudinem ducunt, & eorum contraria secundum quod fuerit possibile, interdicit. lib. 1. cap. 15.

§. 4.

*Pizam. Sorores habuit alteram, quæ Oppido S. Severini Domina præerat, alteram quæ in Cœnobio S. Mariæ Capuanæ Antistes etatem sanctissimæ peregr. Eritus. Hac docta fuit, & eloquens, sicut, & omnes à simp. Aquinatum descendentes gratia influxum euadunt.*

Per comparationem ad naturam vniuersalem femina non est aliquid occasionatum, sed est de intentione naturæ ad opus generationis ordinata. 1. p. q. 92. a. 1. ad 1.

Sicut ad perfectionem vniuersi pertinent diuersi gradus rerum, ita etiam diuersitas sexus est ad perfectionem humanæ naturæ; & ideo in statu innocentie vterque sexus per generationem productus fuisset. 1. p. q. 99. ar. 2.

Gene.

Generatio foeminae contingit quandoq; ex aliquo accidenti extrinseco; sicut Philosophus dicit in lib. 4. de animalib. c. 2. quod ventus septentrionalis coadiuvat ad generationem masculinam, australis vero ad generationem foeminarum, quandoque etiam ex conceptione animæ d. quanti de facili immutatur corpus. 1. p. q. 99. ar. 2. ad 2.

Parentes affectare solent magis filios, quam filias; tum, quia id quod perfectius est, desiderabilius est; mares autem comparantur ad foeminas, sicut perfectum ad imperfectum; tum, quia in auxilium rerum gerendarum solent esse patribus magis potentes nati, quam natæ. Job. cap. 38. lect. 2.

Magna diligentia adhibenda est circa filiarum custodiam; maxime custodiendæ sunt filiae nobiles, quarum parentes magis debent timere, & cauere opprobrium, quod frequenter ex negligentia circa custodiam filiarum incurritur. Erudit. Princ. lib. 3. c. 49.

Dum filiae nobiles sunt sub diligenti custodia, valde est utile, ut literis imbuantur; valde enim est necessarium eis sapientiae studium, & ad vitandum otij periculum, & vanarum occupationum dispendium, & ad habendum honestum solarium. ibid. cap. 50.

Communiter mulieres non sunt in sapientia

ria perfecta, vt eis possit conuenienter publica doctrina committi; tamen si gratiam sapientie, aut scientie habeant, possunt eam administrare secundum priuatam doctrinam, non autem secundum publicam. 2. 2. q. 177. ar. 2. o. & ad 3.

Puellæ nobiles specialiter debent informari in castitate, humilitate, pietate, mansuetudine, & taciurnitate: hæ gratiæ multum decens puellas nobiles, ad has primo incitanda sunt exemplo nobilissimæ Virginis Mariæ, in qua multum splenduerunt. cit. cap. 50.

Multum decet puellas nobiles decor castitatis, qui valde magnus est. Castitas est principium pulchritudinis spiritalis, quæ in candore, & rubore consistit, secundum illud Cantic. 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus*: sicut in picturis corporum albus color subternitur, & alij colores superponuntur, sic castitas quasi substramentum est, super quod Deus alias gratias ponit. ibid. cap. 51.

Vt puellæ nobiles castitatem possint seruare, admonendæ sunt ab his, quæ castitati sunt inimica abstinere: & ea quæ ad castitatem iuuant amare. cap. 52.

Multum inimicatur castitati superfluus cibus, & potus, vinum forte, & salsa acuta, & alia corpus inflammantia: inimicatur castitati otio, & etiam somnus in temperatis, caeterum cit  
etiam

etiam a balneis non necessarijs volenti seruare castitatem; inimicatur ei etiam impudica societas, quæ lædit dupliciter, scilicet, exemplo & suggestione. *ibid.*

Admonendæ sunt puellæ nobiles, vt pl<sup>o</sup> bonitatem, quam corporalem pulchritudinem diligant, ornatum spiritualem corporali præponant, & ideo non mundo placere studeant; abominari debent quæ meretrices facere solent, vt capillorum tinctionem, faciei depletionem, rugas vestimentorum, & similia. *c. 53.*

Mulier quæ ad hoc laborat vt sit pulchra, & nõ ad hoc quod sit bona, videtur plus amare utilitatem alterius quam suam; quia si pulchra fuerit, alij pulchra erit, cuius oculos pascet eius pulchritudo. Si autem bona fuerit, sibi met bona erit. *ibid.*

Studere debent puellæ nobiles, vt ei qui vere nobilis est, placeant, scilicet filio Altissimi, cuius nobilitas in fine mundi apparebit, cū mundum iudicaturus in maiestate, seu gloria sua, veniet. *c. 56.*

Secundum nobilitatem Dei debet esse in puellis nobilibus studiū placēdi, & ea quæ ei placeant, inquirendi; tanto maiori studio placere Deo opus est, quanto maior est, cui placendum est. *ibid.*

Indignari debent puellæ nobiles obsequi mū-

do. Indignus est enim earum obsequio. Senex est, factus, & infensus, contemptibilis est, & per indigna gratia eius acquiritur ibid.

In agro corporis nostri absconditis est thesaurus virginitatis, quem qui inuenit, eius pretiositatem, agnoscendo, abcondit. Sæculo enim renunciatis, Monasterium sibi eligit, vbi in abscondito facit. Del. vult. Erudit. Princ. lib. 5. cap. 63.

Ad quamlibet eminentiam status datur aliqua sanctificatio, cum sit ibi necessarium speciale auxilium gratia, sicut in consecratione Regū, & Monachorum, & Monialium, & ideo sunt actiones hierarchicæ. Aristot. distinct. 2. q. 1. art. 2. ad 9.

Sancti moniales tenduntur, primo, quia ex hoc ipso quod votum viduitatis, vel virginitatis assumunt Christo desponsata, promouetur indignitatem vitalem, vtpote liberata a tribulatione virorum, & immediate Christo coniuncta. Secundo, quia assumunt poenitentiam lamentum religionem intrantes, est autem consuetudo viris, quod tempore luctus cum manu putant, quasi hoc sit luctus conditioni conueniens. In mulieres autem e contrario tempore luctus comam deponunt. In Corinthi. 11. sectione secunda. *¶* In manu. *¶* In manu.

Itē monenda sunt puella nobiles ad amore

pietatis; pietas enim eas Deo amabiles reddet; puella nobilis cum nupierit; pauperum refugium esse debet. cap. 57.

Habent naturaliter mulieres corda tenera: cum viri habeant corda dura, earum est emollire viros; & cum ipsæ in domibus suis stabiles, viri autem earum frequenter sint absentes, quando viri cum hostibus suis pugnant armis, vxores debent cum eis pugnare eleemolynis. ibid.

Debet puellæ nobiles, quæ habent nobilitatem carnis, habere magnum desiderium veri honoris, qui pietate acquiritur iuxta illud Mat. 25. *Accipite regnum quod vobis est paratum ab origine mundi. Esuriul enim, & dedistis mihi manducare, &c. ibid.*

Monenda sunt ad mansuetudinem: puellæ nobiles, ad quam natura eas inclinat, cum iuxta verbum sapientis, homo sit animal mansuetum: nã habentes nobilitatem carnis decet habere nobilitatem mentis: vera autem nobilitas mentis est mansuetudo, quæ in Rege nostro splenduit, & quam suos habere voluit: hæc est nobilitas, quæ nulla superat rusticitas. c. 58.

Puellis nobilibus si cõtingat eas nubere, multum necessaria est mansuetudo, quæ vitorum crudelitas refrenatur: Mansuetudo virtus regia est, vnde Dominus primum Principem Populi sui Moysen constituit, qui erat mirissimus su-  
per


per omnes homines, qui morabantur in terra  
ibid.

Item monendæ sunt puellæ nobiles ad faci-  
turnitatem. Communiter adolefcentes parum  
debent loqui. Faciturnitas via est ad modestam,  
& disciplinatam loquelam. c. 59.

Specialiter puellas nobiles decet tacitur-  
nitas, in quibus debet abundare verecundia;  
quæ est fuga rei indecentis, & timor in turpi fac-  
to: valde enim indecens est, si de nobili puella  
possit dici illud Hier. 3. *Frons mulieris meretricis*  
*facta est tibi; quia nolulisti erubescere.* Citat. cap.  
59.

Debent nobiles mulieres multum inten-  
dere orationi, cum operibus seruilibus non in-  
tendant; ideo linguam a Dei offen-  
sa multum debent  
custodire.

ibid.



Pizam, fratres quoque, & corporis robore, & animi  
constantia fortissimi fuere Landolphus, & Arnol-  
das, viri strenui, & prudentes, qui in castris Federi-  
ci II. Imperatoris militabant.

**H**omo plus diligit naturaliter fratres, quam  
sorores, in quantum perfectius imitantur  
patrem, quam sorores. 3. sent. distinct. 29. art. 7.  
ad 5.

Ad hoc constituitur miles in Ciuitate, ut  
se pro sua patria contra hostes opponat; unde  
ad hoc iuramento adstringuntur cum ad gradum  
militarem ascendunt pro Republica non recu-  
santes mortem. Opusc. 20. lib. 4. c. 24.

Militis officium est assistere Principi pro exe-  
quenda iustitia, & fideliter, & constanter contra  
hostes pugnare pro conseruanda patria; & sic  
non solum parti politicae, sed toti militaris gra-  
dus in Republica singulariter est fructuosus. ibid.

Officium militare est graue, & laboriosum,  
honorabile, & gloriosum, & periculosum: quia  
graue est, & laboriosum, oportet, quod milites  
sint fortes non solum corpore, sed & animo; for-  
titudo animi nobilior est quam corporis; haec ho-  
minem inuincibilem reddit. Erudit. Princ. lib. 7.  
cap. 1.

His qui temperatioribus habitat plagis, & copia sanguinis suppetit ad vulnerum, mortisque contemptum; nec prudentia deficiat, quæ modestiam seruet in castris; & non parum prodest vti in dimicatione consillis. Opu. 20. lib. 2. cap. 1.

Milites nobiles reputantur, & nobiliter viuunt, opera vilia declinando; inter quæ vilissimum est peccatum, quod specialiter à militibus est cauendum, si verè nobiles esse volunt. Erud. Princ. lib. 7. c. 1.

Ad honorem officij militaris pertinet, quod milites Principi familiares sunt, & in equis vadunt. Item, quod secularibus negotijs se non implicent, reputantes hoc non decere nobilitatem sui officij. ibid.

Periculosum est hoc officium; ideo cū aliquis fit miles, gladius ei traditur, & in collo percutitur; alij officiales principum non habent ad uelarios, sed nec oportet eos armari cū faciunt officium suum: milites vero oportet armari, ita quod soli eorum oculi appareant, vbi etiā aliquando vulnerantur: nec sufficient eis arma corporalia, imo etiā necessaria est eis sapientia armatura, quæ nobilior est, iuxta illud Eccles. 9. *Melior est sapientia, quam arma bellica.* Vere nobilior est, quæ partem nobiliorem militis protegit, scilicet animam. ibid.

Septentrionales Populi remoti à solis ardoribus Inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi.

Opusc. 20. lib. 2. c. 1.

Miles, qui ordinatur sub Rege, & sub Duce exercitus, potest voluntatem suam ordinare in bonum Ducis, & Regis, aut è cōuerso; sed si Dux ab ordine Regis recedat, bona erit voluntas militis recedentis à voluntate Ducis, & dirigentis voluntatem suam in Regem; mala autem voluntas militis sequentis voluntatem Ducis, contra voluntatem Regis, ordo enim inferioris principij dependet ab ordine superioris. lib. 3. Contra gent. c. 109.

In his, quæ ad bonum ciuile pertinet, est magis obediendum potestati seculari, quam spirituali, secundum illud Mat. 22. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c.* Nisi forte potestati spirituali etiam secularis potestas coniungatur; sicut in Papa, qui vtriusque potestatis apicem tenet, scilicet spiritualis, & secularis. 2. sent. dist. 44. q. 2. in fine.

Inuenimus de Zacharia Papa potestatem exercuisse super Regem Francorum, quia ipsum à Regno deposuit, & omnes Barones à iuramento fidelitatis absoluit. Item Innocentius III. Ottonio IV. imperium abstulit. Sed & de Federico II. hoc idem accidit per Honorium Innocē-

si immediatum successorem: quamvis in omnibus illis Summi Pontifices non extenderunt manum nisi ratione delicti, quia ad hoc ordinatur eorum potestas, & cuiuslibet Domini, ut prosint gregi. Opus. 20. lib. 3. c. 10.

g. 6.

*Pio. Thomas nomen fuit Avo S. Thomae, qui Federici II. Imperatoris valde familiaris, & in multis bellis Dux Generalis exercitus, eiusdem Imperatoris sororem habuit coniugem, ex qua Landulphum comitem Aquini generavit, & alium filium, cui contigit status Acerr.*

**C**onsanguinitas est vinculum ab eodem stipe descendentium carnali propagatione contractum. Non solum conveniunt consanguinei in natura speciei, sed etiam in virtute propria ipsius individui ex vno in multos traducta: ex qua contingit quandoque, quod filius non solum assimiletur patri, sed Avo, vel remotis patribus, ut dicitur 17. animalium 14. senen. dist. 20. q. 12. 1. o. & ad 2.

Non oportet ad hoc, quod aliquis assimiletur Avo, quod materia corporalis seminis fuerit

in Auo, sed quod sit in femine aliqua virtus deriuata ab anima Aui mediante patre. 1. p. q. 19. art. 2. ad 2.

Quia aliquando corrumpitur motus patris in femine, nascitur filius similis Auo, & Proaui, cuius motus manet, vt 18. de animalibus Philosophus ostendit, & non propter hoc, quod materia corporis nati ex auo, & proaui traducatur. 2. sent. dist. 30. q. 2. ar. 2. ad 4.

Potestas ad regenda bella Populi requiritur in Duce, & valet ad compescendum insolentias: quæ in tribus consistit, scilicet in fortitudine corporis, & in constantia cordis, & in exercitio bellicæ artis. Super Esai. cap. 3.

Nomen Imperatoris a supremo dominio fastuosè, & elate trahit originem, quasi omnium Dominus, quædam autem nomina istius domini assumpta sunt à quibusdam excellentibus viris propter aliquam prerogatiuam in eis perpetuam, vt Cæsar a Iulio sic dicitur, quia casu mortua matris utero prolatus est, vel quia cum Cæsarie natus, a quo Imperatores sequentes sic vocati sunt, quia comati essent. Sed Augustus ab augendo Rempublicam primus vocatus est Octavianus. Opulculo 20. libro tertio capite 12.

Imperatores per viam electionis assumebantur, siue à Romano exercitu, vt Vespasianus in

in Palestina, & similiter Phocas ex militari sedi-  
 tione in Oriente assumptus est contra Mauritium  
 Imperatorem, quem postea interfecit, aliquan-  
 do autem eligebantur Imperatores à Senatori-  
 bus, vt Traianus, & Diocletianus, quamvis vnus  
 de Hispania esset, alter vero de Dalmatia; & si-  
 militer Hellus pertinax à Senatoribus est assump-  
 tus. Item non semper de genere nobili, sed de  
 obscuro, vt in prænominatis liquet Cesaribus  
 Vespasiano, & Diocletiano, sicut historia tra-  
 dunt. c. 20.

Imperatorum dominium non transibat in  
 posteros; vnde statim Imperatore mortuo do-  
 minium expirabat, nisi fortè, vel ipsorum probi-  
 tate contingeret ipsos assumi, vel ex gratia pa-  
 tris ipsorum, vt de Archadio, & Honorio filijs  
 antiquioris Theodosij contigit; & similiter de  
 Theodosio juniore Honorij filio; nam quia be-  
 ne rexerunt Rempublicam, & Imperialem au-  
 lam, meruerunt; in suo genere aliquo tem-  
 pore perseuerare dominium. Citat. capite  
 20.

Accidit quoque quandoque per quamdam  
 violentiam vsurpari imperium non ex merito  
 virtutum; sicut fertur de Galo Gallicula scele-  
 ratissimo; qui fuit nepos Tiberij sub quo Chri-  
 stus passus est; & similis de Nerone verificatur  
 sententia. ibid.

Oppor:

●●  
· Opportuno tēpore, vt manifestaretur mun-  
do Regnum Christi compositum, virtus Princi-  
pis nostri Iesu Christi Principem mundi sollici-  
tauit Constantinum, videlicet percutiens eum  
lepra, ac ipsum curans supra humanam virtutē,  
qua probata, in dominio cessit Vicario Christi,  
Beato videlicet Syluestro, cui de iure debeba-  
tur: in qua cessione, spirituali Christi regno ad-  
iunctum est temporale, spirituali manēte in suo  
vigore, quia illud per se quæri debet à Christi fi-  
delibus, istud vero secundo tanquam admini-  
strans, primo; aliter autem contra intentionem  
fit Christi, lib 3. c. 16.

Duplicem habent coronam, & recipiunt e-  
lecti in Imperatorem; vnam quidem propè Me-  
diolanum in villa, quæ dicitur Madoetia, vbi se-  
pulti sunt Reges Lōgobardorum, quæ quidē co-  
rona ferrea dicitur in signū, quod prim⁹ Impera-  
tor Germanus Carolus Magnus colla Regū Lō-  
gobardorum, suæque gentis perdonauit Secun-  
dam coronam, quæ aurea est, a Summo percipit  
Pontifice, & cum pede porrigitur, in signum suę  
subiectōnis, & fidelitatis ad Romanam Eccle-  
siam. Cit. cap. 20.

A tempore Constantini Imperatoris vsque  
ad tempora Caroli Magni ista Insignia de Im-  
peratoribus reperitur. Omnes quā obedienter,  
& reuerentes fuisse Romanæ Ecclesiæ, tanquam  
ipsa

ipsa principatum teneret, siue respectu spiritua-  
 lis domini, sicut sancta synodus Nicena definit,  
 siue temporalis; vnde Gelasius Papa Anastasio  
 Imperatori scripsit; Imperatorem iudico Papæ  
 dependere, vt historia tradunt, & non è contra-  
 rio. Valētinianus etiā qui immediate Iouiniano  
 successit sic fertur dixisse, vt Ecelesiastica hist.  
 refert, cum Archiepiscopi Mediolanensis insta-  
 ret electio. Talem, inquit, nobis in pontificali in-  
 stituite sede, cui nos, qui gubernamus Imperiū,  
 sincere nostra capita submittamus, & eius mo-  
 nita, dum tanquam homines deliquerimus, ne-  
 cessario veluti curātis medicamina suscipiam⁹.  
 lib. 3. cap. 17.

Sicut narrant historia; postquam Constan-  
 tinus celsit imperium Vicario Christi, transtulit  
 se cum satellitibus, & principibus suis in Prouin-  
 ciam Traciæ, vbi Asia maior incipit, & termina-  
 tur Europa: ibique vnam Ciuitatem assumpsit,  
 quæ vocabatur Bisantium. In hac fuit imperia-  
 lis sedes vsque ad Carolum, in cuius persona A-  
 drianus Papa congregato concilio in Vrbe im-  
 perium a Græcis transtulit in Germanos; in quo  
 apparet Imperatores Constantinopolis a Vica-  
 rio Christi, Summo videlicet Pontifice depen-  
 dere, vt Gelasius Papa Anastasio scribit Impe-  
 ratori; vnde ipsorum imperium ad exequendum  
 regimen fidelium secundum mandatum Sum-  
 mi

mi Pontificis ordinatur, vt merito dici possint  
 ipsorum executores esse, ac cooperatores Dei  
 ad gubernandum Populum Christianum. Opus.  
 20. lib. 3. c. 17.

Constantinopolis Imperatores fuerunt Ro-  
 manæ Ecclesiæ protectores, ac propugnatores  
 usque ad tempora Caroli Magni. Tunc grauata  
 Ecclesiâ Longobardis, & Constantinopolis im-  
 perio auxilium non ferente, quia forte non po-  
 terat, eius potentia diminuta: advocauit Ro-  
 manus Pontifex ad sui defensionem contra præ-  
 dictos barbaros Regem Francorum, primo qui-  
 dem Pipinum Stephanus Papa, & successor Za-  
 chariæ contra Austulfum Regem Longobardo-  
 rum, deinde Adrianus, & Leo Carolum Mag-  
 num contra Desiderium Austulfi filium; quo  
 extirpato, & deuictis cum sua gente, propter ta-  
 rum beneficium Adrianus Concilio celebrato  
 Romæ imperium in personam magnifici Prin-  
 cipis Caroli à Græcis transtulit in Germanos,  
 in quo facto satis ostenditur, qualiter potes-  
 tas imperij ex iudicio Papæ dependet. cap. 18.

Quandiu Constantinopolis principes Ro-  
 manam Ecclesiâ defenderunt, vt fecit Iustinia-  
 nus per Bellisarium contra Gothos, & Mauriti-  
 us contra Longobardos, Ecclesiâ dictos Principes  
 fœuit postquam vero defecerunt, vt tempore Mi-  
 chaelis contemporanei Caroli, de alio Principe

ad

ad sui protectionem providit. citat. capite 18.

Instituto Carolo cessavit electio, & per sac-  
cessionem assumebantur de eodē genere, ut se-  
per primogenitus, esset Imperator, & hoc dura-  
vit usque ad septimam generationem: qua etiā  
deficiente tempore Ludouici a Carolo separa-  
ti, cum Ecclesia vexaretur ab iniquis Romanis;  
advocatus est Otho primus Dux Saxonum in  
Ecclesię subsidium; liberataque Ecclesia a vexa-  
tione Longobardorum, & impiorum Romano-  
rum, ac Berengarii tyranni, in Imperatorem co-  
ronatur a Leone septimo genere Alemanno, qui  
& Imperium tenuit usque ad tertiam generatio-  
nem; quorum quilibet vocatus est Otho; & ex-  
tunc ut historia tradunt, per Gregorium Quint-  
tum genere similiter Theutonicum provita est  
electio, ut videlicet per septem Principes Ale-  
mania fiat, quę usque ad illa tempora perseve-  
rat, quod est spatium 270. annorum, vel circa; &  
tantum durabit, quantum Romana Ecclesia, quę  
supremum gradum in principatu tenet,

Christi fidelibus expediens

iudicaverit. lib.

3. C. 19.



Ductus ad baptismum ita omnes ad sui corporis complexionem, & proportionem attraxit ut quidam dubitarent, utrum Angelus celestis, an Anima esset beata.

**O**portuit corpus, cui unitur anima intellectiva esse corpus mixtum inter omnia alia magis reductum ad æqualitatem complexionis. i. p. q. 76. a. 5.

Habet hoc corpus æqualiter complexionatum quamdam dignitatem per hoc quod est remotum a contrariis, in quo quodammodo assimilatur corpori celesti. ibid. ad 2.

Species proprie respicit pulchritudinem quantum ad commensurationem membrorum, sed decor quantum ad convenientiam coloris, & aliorum circumadiacentium. Mai. 53. in princ.

Ad rationem pulchri, siue decori concurrunt, & claritas, & debita proportio; unde pulchritudo corporis in hoc consistit, quod homo habeat membra corporis bene proportionata cum quadam debiti coloris claritate, & similiter pulchritudo spiritualis in hoc consistit, quod conuersatio hominis, siue actio eius sit bene proportionata secundum spiritualem rationis claritatem. 2. 2. q. 145. a. 2.

Emic

Eminebant Iudæi in pulchritudine honestatis, & ideo dicitur de eis color optimus, & ad litteram decorerant propter vitæ munditiam, & abstinentiam, sicut legitur de Daniele, & socijs eius, Danielis primo, super trenos Hier. c. 4. lit. a. g.

Sed hic decor est ex habitatione Dei, sicut domus non est pulchra nisi inhabitetur: nã ipsi sancti sũt decor domus Dei, in quantum relucet in eis gratia diuina, quæ pulchrificat sicut Lux. super Plal. 25.

Proprium Angelorum officium est, quod à Deo mittantur, & sint nuntij Dei. Heb. 1. *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerij Missi;* unde Angelus nuntius interpretatur: possunt ergo homines qui à Deo ad aliquid annuntiandum mittuntur, Angeli dici; iuxta illud Aggæi i. dixit Aggæus nuntius Domini ex nuntijs Domini. Ioann. c. 1. lect. 4.

Homo in Paradyso fuisset sicut Angelus per spiritualem mentem, cum tamen haberet vitam animalem quantum ad corpus: sed post resurrectionem erit homo similis Angelo spiritalis effectus, & secundum animam, & secundum corpus i. p.

q. 98. art. 2.

ad 1.

*Et Summus Pontifex audito ortu pueri scripsit Episcopo Aquinati, quod in eius nomine illum leuaret de fonte; unde Theodorus gratiose acceptauit in Compatrem Christi Vicarium.*

**N**ecessarium fuit pueros baptizari vt sicue per Adam damnationem incurrerunt nascendo; ita per Christum salutem consequantur renascendo. 3. p. q. 68. a. 9.

Sicut pueri in matris uteris constituti non per seiplos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur: ita etiam pueri nondum habentes usum rationis, quasi in utero matris Ecclesie constituti non per se ipsos, sed per actum Ecclesie salutem suscipiunt. *ibid. ad. 11.*

Requiritur quod aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte, quasi in suam instructionem, & tutelam. q. 67. a. 7.

Ille qui suscipit aliquem de sacro fonte assumit sibi officium pedagogi, & ideo obligatur ad habendam curam de ipso, si necessitas immineret; sed ubi nutriuntur inter catholicos Christianos satis possunt ab hac cura excusari, præsumendo, quod a suis patribus diligenter instruantur. *ibid. ar. 8.*

**Aliquis potest fieri alicuius Compater duplici-**

placiter; vno modo per actum alterius, qui baptizat, vel in ipso baptismo suscipit filium eius: alio modo per actum proprium, sicut cum lenat filium alterius de sacro fonte. 4. lent. dist. 42. q. 1. ar. 3. quæst. 2.

I. 9.

*Nato infanti, Thomæ nomen, ut Vir Sanctus prædixerat, fuit.*

**Q**uia nomina diuinitus imposita aliquam eminentiam gratiæ spiritualis designant, quando Deus confert specialem gratiam alicui, ab ipsa natiuitate nomen gratiam illam significans imponitur. Ioan. c. 1. lect. 15.

Pueris in baptismo nomina imponuntur quasi ante baptismum perfectum esse non habuerint. 3. p. q. 37. ar. 2. ad 3.

Thomas interpretatur Abyssus, quia abyssus est profunda aquarum congregatio: aquæ profundæ sunt verba profunda, quæ fuerunt in B. Thoma. ser. de S. Th. Apostolo.

Diuina doctrina dicitur aqua tripliciter, scilicet, quia infirmos sanat, inquinatos mundificat, & sitientes satiat. Mai. c. 55.

**E**t si Deus potuerit omnes homines illuminare

nare per se, & in cognitionem suam adducere, ut  
tamen debitus ordo seruaretur in rebus, & ut a-  
liquos homines nobilitaret, voluit diuinam cog-  
nitionem, ad homines per aliquos homines de-  
uenire. Ioan. c. 1. lect. 4.

## §. 10.

*Pixam. Magno cunctis miraculo exitit: nam cum ful-  
men in eundem locum penetraret, consumpta sorores  
& iumentis, quae iuxta steterant, illa sus man-  
sit.*

**D**icit Plinius, quod secundum fulgura sunt au-  
gurationes, quia quandoque est bonum sig-  
num, scilicet, quando est ab oriente; aliquando non  
est bonum, & ideo homines augurantes contur-  
bantur propter praesagia futurorum. Super Plal.  
17.

Solent fulgur aliquem locum percutiens per  
quandam repercussionem ad alia loca reflecti pro-  
pinqua tamen. Iob. c. 41. lect. 2.

Quasi in sua reuersione parata esse, ut iterum  
obediant diuino imperio, ut ad alium locum va-  
dant, seu mittantur. Iob. c. 38. lect. 2.

Sicut sagittarius sapiens directe sagittas e-  
mittit, ita quod non percutit nisi ad signum; ita  
cum Deus contra quamcumque creaturam ful-  
gura-

gura quasi sagittas quasdam emittere vult, non ad alium locum pergunt, nisi quo ipse emittit, secundum illud Sap. 5. *Ibunt directe emissiones fulgurum.* Job. c. 41. lect. 2.

Corpora animalium corrumpuntur aliquādo per violentiam ab aliquo extrinseco agente, sicut per incisionem gladij, vel adustionem ignis, & huiusmodi, a quo corruptionis modo cōservabat hominē illatum in statu innocentiae divina providentia, per quam decretum erat, vt nullum nocumentum homo pateretur nisi prius à mentis innocentia deviasset. 2. sent. dist. 19. artic. 4.

Dat Dominus longum spatium ad bene agendum, & de hoc intelligitur quod dicitur Proverb. 8. *Longitudine in dierum, & annos*

*vita; & pacem apponet tibi.*

Matth. cap. 25.

lit. b.



*Ablatam à vagientis dextera manu cartulā, in qua scripta erat Angelica Salutatio, Ave Maria, reditam mox deglutivit. Et ir. quam deglutiens, visus est solis radium intra fauces continere. Et ir. prima verba, quæ protulit, & antequam disceret ab alijs, fuerunt, Ave Maria.*

**I**N pueris non est discretio, ideò si faciant ali-  
quod bonum, plus videtur esse à Spiritu San-  
cto, quam à discretione. Matth. c. 22. lit. c.  
Maria interpretatur Illuminata, & significat  
contemplatiuos, qui in contemplatione susci-  
piunt diuinas illuminationes. Scr. 3. Dom. infra  
8. Epiph.

Sacra pagina dicitur liber; dulcis quantum  
ad effectum. Ezech. 3. Comedi volumen illud, & fa-  
ctum est in ore meo quasi mel dulce; dicitur volans  
quantum ad intellectum. Zachar. 5. Vidi, & ecce  
volumē volans. Iob 39. num quid ad præceptum tuū  
eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suū! Di-  
citur viuificans quantum ad fructum. Ecclesiasti-  
ci 24. Hac omnia liber vitæ, & testimonium Al-  
tissimi, & cognitio veritatis. Prouerbiorum 8.  
Qui me inuenerit inueniet vitam. Super Elai. capi-  
te 8.

Sacra doctrina est cibus, & potus, quia ani-  
mam

mam potat, & fatiat. Ecclesiast. 24. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Aliæ scientiæ tantum illuminant intellectum, hæc autem illuminat animam. Psal. 18. præceptum Domini lucidum illuminans oculos, & etiam nutrit, & roborat animam. Epist. ad Hebr. cap. 5. lect. 2.

Beata Maria, mel dat nobis deuotionis, ut reficiamur. Ser. 1. Anunc.

Mel, & lac sub lingua tua q.d. quia sub lingua, idest, in corde plena es spiritali dulcedine, idcirco abundas utili, & dulci locutione. Luc. 8. bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Opus. 5. 8. c. vlt.

¶ 12.

Maxima spe puer ab optimis parentibus enutritur, & Cassini Montis cum quintum annum ageret Sacerdotibus erudiendus traditur. In illa tam tenera ætate quinque annorum duabus amplius horis in precibus, & Dei laudibus versabatur; multa in illo visebatur morum maturitas, nulla puerilibus annis familiaris leuitas, nullaque loquendi futilitas, aut garrulitas.

QVædã est difficultas conhibitionis, qua magis indigêt, qui sũt imperfecte virtutis, vñ.

G 3

de puc.

pueris arctior adhibetur custodia dum sub pedagogis educantur, quam postmodum cum perueniant ad ætatem perfectam. Opul. 17. c. 7.

Non amat pater ordinate filium suum, qui nõ amat in eo amplius quod valet amplius, ut scilicet amet amplius animam, quam corpus; & qui non desiderat ei pretiosiora, scilicet, sapientiã, & virtutes; pretiosior est sapientia diu'tijs. Prouer. 16. *Poss. ide sapientiam, quia auro melior est.* Erudit. Princ. lib. 5. c. 2.

Eligendum est tempus opportunum filijs erudiendis, & informandis moribus; pueris autẽ ætas ad hoc est opportunior, vt pater ex multis Scripturis, & astrui potest varijs exẽplis, ibid. cap. 3.

Beato Benedicto Romani nobiles suos filios Omnipotenti Deo nutriẽdos dare cæperunt: vnde, & communi consuetudine pueri applicantur illis ofñcijs, vel artibus, in quibus sunt vitam acturi. 2. 2. q. 189. ar. 5.

Nõ est verisimile; quod Deus in vase sordido, vbi immunditia diu fuit, balsamum gratiæ suæ adeo libenter ponere velit, sicut in vase, in quo immunditia numquam fuit; habent pueri virtutes naturales, scilicet, vîginitatẽ, innocentiã, humilitatẽ, propter quas celiũ dicitur esse regnum celorũ. Mat. 19. illorũ scilicet qui habet per gratiã, quæ paruuli per natuaam. Erud. Princ. lib. 5. c. 6.

Deri-

Deridendum est illud detestabile prover-  
bium stultorum, quo dicitur: Sanctum iuuenem  
futurum diabolum senem. lib. 5. c. 12.

Contingere potest, quod pueri, in quibus ap-  
paruerunt bonæ conuersationis initia, mali fiât,  
vel societate praua, vel educatione remissa, vel  
seueritate nimia; bonitas enim eorum est modi-  
ca, & quasi tenera, & nondum firma; infirmis au-  
tem causa pusilla nocet. *ibid.*

Aliqui pueri sunt habiles ad suscipiendâ dis-  
ciplinam, quos non oportet trahere, vel cogere,  
sed sufficit eos ducere; alios vero oportet trahe-  
re, vel cogere; & si à principio profectus non ap-  
pareat, non propter hoc est dissidendum. *ibid.* ca-  
pite 11.

Eruditor puerorum nobilium magnam so-  
licitudinem, & diligentiam debet habere circa  
eorum informationem; confusio est enim ei, si  
indisciplinatè se habeant. *ibid.*

Sicut Deus corpus Adæ primò formauit, post  
in faciem eius spiraculum vitæ inspirauit; & si-  
cut in utero materno corpus primo formatur,  
post rationalis spiritus ei infunditur; sic Magister  
puerorum primò debet intendere informatio-  
ni, & disciplinæ correctionis corporis. Capite

14.

Eruditor puerorum nobilium curare de-  
bet, ne gestus indisciplinatos habeant; gestus est

motus, vel dispositio corporis, qui indicat motum, vel dispositionem animi, sicut effectus causam. cap. 16.

Specialiter reprimendi sunt pueri nè appareat in eis superbia in gestu, vel colli extensione, vel brachiorum ventilatione, vel humerorum gesticulatione, vel tibiarum extensione, vel aliter. ibid.

Reprimendi etiam sunt pueri à risu indisciplinato. Est autem risus multipliciter indisciplinatus; aliquādo quia est de his, de quibus non est ridendum, sicut accidit in his, qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis: itè risus insanix, qualis est risus phræneticorum; secundum Hugon. de S. Viet. indisciplinatus est risus, qui est cum dentium ostensione; secundum Senec. qui est cum cachinno; indisciplinatus etiam est qui est cum vocis exaltatione; item si sit nimius. ibid.

Ad disciplinam in habitu pertinet, vt in vestibus quæratnr necessitas, nec ametur in eis nimia pretiositas, vel extraneitas: vestium superfluitas non habeatur, earum suauitas contemnatur, gloriatio in eis caueatur, & intelligatur, ornatum corporalem magis esse erubescibile, quàm honorabilem; ornatu corporali præponatur spiritualis, & caueatur macula, & specialiter macula sanguinis. cap. 17.

Maxima est necessaria oris disciplina; in custodia oris pro magna parte est custodia cordis; habet os duo officia, scilicet officium sumendi cibum, & potum toti corpori, & officium loquendi: utrobique vero potest accidere periculum. c. 18.

Maius periculum est, si oris custodia negligatur, quam oculorum; quia per oculos intrant rerum similitudines, per os vero intrant ipsae res mansurae corpori valendae, quae hominem multum immutant; unde qui custodit os suum quantum ad sumptionem cibi, & potus, custodit animam suam, quia custodit vitam, & naturam, & gratiam. Vitam naturam, quia hoc multum valet ad sanitatem; valet etiam hoc ad custodiendam vitam gratiam; sobrietatem enim comitatur continentiam. ibid.

Custodia oris quantum ad locutionem specialiter valet ad custodiam animam, & pro illa videtur specialiter Salomon dixisse illud. *Qui custodit os suum, &c.* Unde subdit; *qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiet mala.* Loquentem inconsiderate sequuntur haec mala; primo, conscientiae remorsio, secundo gratiae euacuatio, tertio, confusio. ibid.

Magna diligentia adhibenda est circa custodiam linguam, quia eius custodia est valde difficilis; unde natura linguam inclusit, sicut solent includi crudelia animalia, & indomita, ne nocent. capite 19.

Ad

Ad disciplinam in locutione pertinet attendere quis loquatur, & cui, & de quo; itē quid dicēdum est, & vbi, & quando, & quomodo. cap. 20.

Multum valere possunt ad linguæ custodiam, quod ante portam oris barræ ponātur, scilicet proposita declinandī illas personas, cū quibus per linguā peccare solemus, vel loca illa, in quibus habemus occasionem peccandi per linguam, vel propositum tacendi illis horis, in quibus lingua facīle labitur, vt post sumptionem cibi, & potus. Clavis valet ad linguæ custodiā, quæ est firmum propositum non loquendi sine deliberatione. cap. 21.

Disciplina in mensa multum est commendabilis, quæ attendit cibi, & potus, qui sumēdus est, quantitatem, qualitatem, tempus sumendi, & modum. cap. 22.

Circa quantitatem eorū quæ sumūtur, cauēdū est, ne nimis sumatur, & ne ferculorū, multitudo ametur, paretur, vel quærat; & ne frequenter homo reficiatur. Multū noxia est animæ, & corpori sumptio nimij cibi, & potus. cap. 23.

Circa qualitatem, cauendum est, ne ametur, vel quærantur pretiosa, vel delicata, vel curiosè parata. Cum enim corpus vas sit vbi corrūpitur, quod infunditur; fatuum videtur esse, ibi pretiosa ponere. cap. 24.

Qui

Qui delicatis veitur, infirmitati corporis fir-  
medium adhibet; unde infirmitas aggrauatur;  
vsum deliciarum frequenter excessus comita-  
tur; unde infirmitas corporis, & sæpe mors sequi-  
tur. *ibid.*

Specialiter cauendum est, ne pueri delicate  
nutriantur. Quintilianus. Utinam liberorum no-  
strorum mores non ipsi perderemus; infantiam  
enim statim delitijs soluimus; nam illa, quam in-  
dulgentiam vocamus, educatio mollis nervos  
omnes frangit mentis. *ibid.*

6. 13.

In illa tam tenera etate quinque annorum duabus am-  
plius horis in precibus, & Dei laudib<sup>9</sup> versabatur.  
multa in illo visibatur mori maturitas; nulla pue-  
rilibus annis familiaris leuitas, nullaque loquendi  
facilitas, aut garrulitas.

**D**icit ratio naturalis, quod ei à quo multa be-  
neficia recipimus, obligamur ad reuerentia,  
& ad honorem exhibendum; ergo multo fortius  
Deo, qui nobis maxima donauit, & infinita re-  
promiuit. Ad Heb. c. 12. lect. 5.

Non sufficit tantum seruire Deo, quod po-  
test fieri per actionem exteriorem, nisi etiam  
placeamus ei per intentionem rectam, & per  
amorem.

Amorem; maximè autem seruitur Deo per obsequium interius. *ibid.*

Omnia delectatio, quam percipit anima in creaturis in hac vita, quam plurimum elongat à Deo, quia non tota reuertitur in Deum, sed hæret aliquantulum in creaturis. *Opul. 63. c. 3.*

Tunc anima amore Dei languescit, quando eius dilectioni nihil præponit, imo quasi ad sæculi opera languida, & imbecillis efficitur, nihilq; eam delectat nisi meditatio cælestium, & contemplatio conditoris sui. *Cant. cap. 2.*

Consueta conuersatio cum hominibus, & nimia familiaritas reuerentiam minuit, & contemptum parit; & ideo quos familiares magis habemus, minus reuerericonfueuimus, & quos familiares habere non possumus, magis reputamus; cuius contrarium contingit de Deo; nam quanto aliquis Deo per amorem, & contemplationem familiarior efficitur, tanto eum excellentiorem reputans, magis reueretur, & seipsum minorem reputat. *Ioan. c. 4. lect. 6.*

Qui diutius Deo adhærent in contemplatione, sur Deo magis familiares. *Mat. c. 24. lect. 6.*

Manifestum est, quod aliquis statim incipit non solum ab altiori statu, sed etiam ab altiori gradu sanctitatis, quam sit summum ad quod alius peruenit per totam vitam suam; vnde Gregor. dicit in 2. dialog. Omnes cognoscant à quâ

ta Benedictus puer conuersationis gratia, & perfectione capisset. 2. 2. q. 189. ar. 1. ad 2.

§. 14.

Erant in illo Monasterio etiam aliorum nobilium pueri, in quibus si quos vidisset, aut arrogantes, aut dissolutis, & incompositis moribus, eorum consortia deuitabat.

**M**onendi sunt pueri nobilium, vt malam societatem caueant, bonam diligant, socijs suis societatem bonam exhibeant; dirigēdi sunt in societatis electione, & custodia; multum est noxia malorum societas; peccatum est morbus contagiosus vt lepra; non est tutum sanis habitare cum leprosis; nec bonis est tutum habitare cum malis. lib. 5. c. 40.

Fugienda est societas malorum, quia alliciunt verbis, id est, Cor. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala; trahunt exēplis Pl. cū viro innocente innocens eris, & cū peruerso peruerteris; afficiunt quantum ad famam. Ecclesi. 13. Qui tangit picem inquinabitur ab ea: involuūt quantum ad poenam, nu. 16. Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere, quae ad eos pertinent, ne involuamini in peccatis eorum. Super Hierem. c. 8.*

Qui

Qui est in societate bonorum, exemplis eorum ad bonum prouocatur, & quasi ad manum in Paradysum trahitur, sicut de Paulo legitur Actuum 9. ad manus autem eum trahentes introduxerunt Damascum. ibid.

Sicut apes floribus se pascunt, sic qui in bona societate est, exemplis bonis sociorum reficitur. Societas vera non est nisi inter bonos, & habet multum iucunditatis, & commodi. ibid.

Multum monendi sunt filij nobilium, vt socijs suis societatem bonam exhibeant, amare, & amari ab eis studeant, blandos, & affabiles se eis exhibeant, & infirmitates eorum, tam morum, quam corporum supportent patienter. ibid. cap. 41.

Amicitia sine affabilitas est qua homo conuenienter ad alios homines ordinatur in comuni conuersatione, tam in factis, quam in dictis, vt scilicet ad quemcumque se habeat secundu quod decet. 2. 2. q. 1. 4. a. 1.

Opportunum est in conuersatione humana modicum delectationis, quasi pro condimento habere, vt animus hominum recreetur, quia vt Seneca dicit de tranquillitate animi ad Serenum. Danda est animis remissio. Opusc. 20. lib. 2. c. 3.

Pertinet ad sapientem, vt condelectatione afferat his cum quibus conuersatur, non quidem lasciu-

lasciuam, quam virtus cauet, sed honestam, secundum illud Psal. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* 2. 2. q. 114. artic. 1. ad 3.

Delectationes superfluae ab honestate virtutis deficere faciunt, quia natura delectationis est auida, & sic modica delectatione sumpta precipitatur in turpium delectationum illecebras; sicut ligna sicca ex modico igne accenduntur; tunc etiam, quia delectatio appetitum non satiat, sed gustata sitim sui magis inducit, unde ad virtutis officium pertinet, ut homines a delectationibus superfluis abstineant. Opusc. 20. lib. 2. capite 3.

Quandoque propter aliquid malum excludendum, non refugiet virtuosus, eos, quibus conuiuit, contristare; & ideo his, qui sunt prouisi ad peccandum, non debemus hilarem vultum ostendere, ne videamur eorum peccato consentire, & quodammodo peccati audaciam ministrare. 2. 2. q. 114. a. 1. ad 3.

Quanto aliquis magis amat suam salutem, tanto magis euitat suae salutis pericula. Quodlib. 3. a. 17. ad 2.

Aliquis vitat peccatorum consortia propter cautelam sui, timens ne peruertatur. Eccles. 13. *Qui tangit picem, inquinabitur ab ea.* Mat. cap. 9. lit. b.

Ausc-

Austeritas secundum quod ponitur virtus non omnino auferit delectationem, quæ est in colloquijs, sed auferit superabundantiam in illa; & quia maior difficultas accidit in abstinendo ab his, ideo a defectu hæc virtus nomen accepit, quod scilicet sit habitus secundum quem aliqui neque afferunt alijs delectationes colloquutionum, neque ab alijs recipiunt. 3. sent. dist. 33. ar. 2. quæst. 3. o. & ad 1.

Necesse est, vt quisquis ad cordis puritatem peruenire affectat, solitudinem velut matrem omnis munditie amplectatur, & ibi inlectione, & sui cordis seruatione sic se quotidie exerceat, quod omni otiositate vitata, omni que humana verecundia postposita, & despecta ad puram, & integram, & plenam confessionem se præparet, & disponat.

Opusc 64.

C. 24.



Gestare solebat manu chartulam prima puerorum rudimenta continentem. In Monasterio Cassinensi Sæctus puer quinque annorum sæpè importunis precibus à suo præceptore extorquere solebat, ut ipsi diceret, quid sit Deus.

**P**Veri in statu innocentie non nascerentur perfecti in scientia, sed eam in processu temporis absque difficultate acquisissent inueniendo, vel addiscendo. p. 1. q. 101 ar. 1.

Quatuor sunt vulnera inflicta toti humanæ naturæ ex peccato primi parentis, scilicet vulnus ignorantie, malitiæ, infirmitatis, & concupiscentiæ. 1. 2. q. 85.

Licet omnes homines scientiam desideret, non tamen omnes scientiæ studium impediunt, quia ab alijs detinentur, vel a voluptatibus, vel à necessitatibus vitæ præsentis, vel etiam propter pigritiam vitant laborem addiscendi. 1. metaph. lect. 1.

Debent Principes magis esse solliciti de filiorum eruditione, quia sapientia eorum potest pluribus utilis esse, qui habebunt se, & Populū regere. Opus. de Erudit. Princ. lib. 5. c. 3.

Cum Magnates labori corporali non intendant

**H**

dant

dan: ut ceteri homines, necessaria est eis litterarum occupatio, sine qua frequenter erunt otiosi, quod est valde periculosum. *ibid.*

Cum spiritus rationalis nobilissimus, & ad delicias creatus, non potest esse sine delitijs, & si non habeat spirituales, volet habere carnales; ideo necessarium est ei solatium sapientiae, de quo legitur Sap. 8. *Intrans in domum meam, conuiescam cum illa; non enim habet amaritudinem conuersatio illius, neque tedium convictus illius, sed letitiam, & gaudium. ibid.*

Est quaedam communis, & confusa Dei cognitio, quae quasi omnibus hominibus adest; siue hoc sit per hoc, quod Deum esse sit per se notum, sicut alia demonstrationis principia, sicut quibusdam videtur; siue quod magis verum videtur, quia naturali ratione statim homo in aliqualem Dei cognitionem peruenire potest. *lib. 3. Contrag. c. 38.*

Rursum est quaedam alia Dei cognitio aliorum, quam praemissa, quae de Deo per demonstrationem habetur; per quam magis ad propriam ipsius cognitionem acceditur; cum per demonstrationem remoueantur ab eo multa per quorum remotionem ab alijs discretus intelligitur. *ibid. c. 39.*

Est autem, & alia Dei cognitio quantum ad aliquid superior cognitione praedicta, quae scilicet

cet

ter Deus ab omnibus per fidē cognoscitur; quæ  
quidem quantum ad hoc cognitionem, quæ de  
Deo per demonstrationem habetur, excedit;  
quia quædam de Deo per fidem cognoscimus,  
ad quæ propter sui eminentiam ratio demonst-  
rans peruenire non potest. c. 40.

Habet autem, & adhuc aliam cognitionē  
de Deo intellectualis substantia. Cum enim De-  
us sit causa omnium substantiarum intellectualium  
creatarum; necesse est, quod intellectuales sub-  
stantia separata cognoscendo suam essentiam cog-  
noscant per modū visionis cuiusdā ipsū Deum;  
quicumque ergo intellectus apprehendit sub-  
stantiam separatam cognoscēdo de ea quid est,  
videt Deum altiori modo, quam aliqua prædic-  
tarum cognoscantur. c. 41.

Si substantias separatas in hac vita intelli-  
gere non possumus propter conaturalitatem  
intellectus nostri ad phantasmata; multo minus  
in hac vita Diuinam Essentiam videre possu-  
mus, quæ transcendit omnes substantias separa-  
tas; unde oportet mentem, quæ diuinam substā-  
tiam videt, totaliter a corporeis sensibus esse ab-  
solutam, vel per mortem, vel per aliquem rap-  
tum. c. 47.

Est autem via remotionis vtendum præci-  
puè in cōsideratione diuinæ substantiæ; nam di-  
uina substātia omnem formā, quam intellectus

noster attingit sua immensitate excedit: & sic ipsam apprehendere non possumus cognoscendo quid est, sed aliqualem eius habemus notitiam cognoscendo quid non est. lib. 1. Contragent. cap. 14.

Deus est carens principio, & fine, totum esse suum simul habens, in quo ratio æternitatis consistit. c. 15.

Primum agens, quod est Deus nullam habet potentiam admixtam, sed est actus purus. c. 16.

Deus est sua essentia, quidditas, seu natura. c. 21.

Ipsium diuinum esse est sua essentia, vel natura. c. 22.

Supra diuinum esse nihil potest addi, quod designet ipsum designatione essentiali, sicut differentia designat genus. c. 24.

Impossibile est, Deum esse illud esse, quo formaliter vnaqueque res est: impossibile est etiam Deum esse alicuius alterius formam. c. 26. & 27.

Deo nulla deest perfectionum, quæ aliquibus rebus conueniat, alias non esset omnium communis mensura; hinc est, quod quum quæreret Moyses diuinam videre faciem, seu gloriam, repositum est ei a Domino: *Ego ostendam tibi omne bonum, ut habetur Exod. 33.* per hoc datus intelligere, in se omnis bonitatis plenitudinem esse. c. 28.

Deus

Deus alijs est causa essendi, sicut per se ens  
necesse esse; igitur vere bonus; hinc est, quod in  
Psal. 83. dicitur: *Quam bonus Israel Deus his qui ree-  
ro sunt corde.* Et Tren. 3. dicitur, *Bonus est Dominus  
sperantibus in se anime querenti illum.* Cap. 37.

Bonitas Dei non est aliquid additum suæ  
substantiæ, sed sua substantia est sua bonitas. cap.  
38.

Deus est omnis boni bonum. cap. 40. est igitur  
ipse summum bonum. c. 41.

In Deo infinitum negativè tantum intelli-  
gitur, quia nullus est perfectionis suæ terminus,  
vel finis, sed est summe perfectum; & sic Deo in-  
finitum attribui debet. c. 43.

Deum qui est actus primus subsistens, à quo  
omnia alia derivantur, oportet esse intelligen-  
tem. c. 44.

Intelligere Dei est divina essentia: & divini  
esse est ipse Deus: nam Deus est sua essentia, &  
suum esse. c. 45.

Ex hoc quod Deus est intelligens sequi-  
tur, quod sit volens: est voluntas Dei ipsa eius es-  
sentia. c. 73.

Est Deus vivens, & sua vita, & vita eius est se-  
piterna. c. 97. 98. 96.

Est Deus beatus, & sua beatitudo, quæ om-  
nem aliam beatitudinem excedit. c. 100. 101.

102.

H 3

Per

Perfectio diuinæ beatitudinis cōsiderari potest ex hoc, quod omnes beatitudines complectitur secundum perfectissimum modum; de cōtemplatiua felicitate habet perfectissimam sui, & aliorum perpetuam considerationem; de actiua vita, non vnius hominis, aut domus, aut ciuitatis, aut regni, sed totius vniuersi gubernationem. c. 102.

Solus Deus occulta cordium scrutatur; solus seipsum perfecte cognoscit, & amat, & fruitur, ac laudat; ipse sibi solus sufficit, & non indiget extrinseco; ab ipso solo omne bonum procedit; omnium beatitudo in ipso solo consistit: ipse solus habet immortalitatem, & inhabitat lucem inaccessibilem: ipse solus de nihilo aliquid fecit: ipse solus omnia in esse conseruat: ipse solus peccata condonat: ipse solus scit horam iudicii: ipse solus scit numerum electorum. Opus. 62. c. vltimo.

§. 16.

*Quæ à Magistro dicebantur manebant apud puerum  
alta mente reposta.*

**O**bliuio parui pensionis est euidens signum; ea enim quæ magni æstimamus, magis memoria infigimus. 1. 2. q. 47. ar. 2. ad 3.

Qua-

Quatuor sunt per quæ homo proficit in bene memorando. Primo, vt eorum quæ vult memorari quidam similitudines assumat conuenientes, nec tamen omnino consuetas: vnde eorum, quæ in pueritia vidimus magis membra- mus. Secundo oportet, vt homo ea, quæ memo- riter vult tenere, sua cõsideratione ordinatè dis- ponat, vt ex vno memorato facilè ad aliud pro- cedatur. Tertio oportet, vt homo sollicitudinẽ apponat, & affectum adhibeat ad ea, quæ vult memorari, quia quanto aliquid magis fuerit im- pressum, tãto minus elabitur. Quarto oportet, quod ea frequenter meditemur, quæ volumus memorari, vnde Philosophus de mem. c. 3. me- ditationes memoriã saluãt. 2. 2. q. 49. ar. 1. ad 2.

§. 17.

*Neapoli ita profecit in studijs, vt omnes coætaneos suos viuacitate ingenij superaret, tam in repetendo, quam in conferendo, ita vt scholaribus, & magis- tris admirabilis videretur. Iam fama increbresce- bat, Neapoli esse adolescentem, qui eximijs virtu- tibus ætatem vinceret.*

**I**Nest unicuiq; homini quoddam principium scientiæ, scilicet, lumẽ intellectus agentis per quod cognoscuntur statim à principio natu-

raliter quædam vniuersalia principia omnium scientiarum. p. 1. q. 117. ar. 1.

Cum aliquis huiusmodi vniuersalia principia applicat ad aliqua particularia, quorum memoriâ, & experimentum per sensum accipit, per inuentionem propriam acquirit scientiam eorum, quæ nesciebat, ex notis ad ignotâ procedens. ibid.

Qui est eleuationis intellectus ex paucis principijs penes se retentis habet in promptu procedere ad varias conclusiones, ad quas peruenire non possunt qui sunt hebetioris ingenij, nisi per varias inductiones, & per principia coaptata conclusionibus. de ver. q. 8. ar. 10.

Habitu scientiæ possibile est causari ex vno rationis actu quantum ad intellectum possibilem; sed quantum ad inferiores vires apprehensiuas, necessarium est, eisdem actus pluries reiterari, vt aliquid firmiter memoriæ imprimatur. 1. 2. q. 51. ar. 3.

Pulchritudo corporis, vel velocitas ingenij pertinet ad perfectionem hominis, sicut ad bene esse eius. 1. 2. q. 4. ar. 5.

Vnus alio potest eandem rem melius intelligere, quia est melioris virtutis in intelligendo, vel ex parte intellectus, qui est perfectior; qui enim habent corpus melius dispositum, sortiuntur animâ maioris virtutis in intelligendo, vel ex parte inte-

inferiorum virtutum, quibus intellectus indiget ad sui operationem; illi enim in quibus virtus imaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua est melius disposita, sunt melius dispositi ad intelligendum. i. p. q. 85. ar. 7.

§. 18.

*Capit secum Domino agente disponere, saculum relinquere, & Ordinem Predicatorum introire: unde contigit Fratrem Ioannem de S. Iuliano virum fama celebrem eundem adolescentem Thomam spiritu Dei instigatum alloqui, & ad introitum Ordinis, quem preconceperat, inducere.*

**D**ifficilius est obseruare præcepta in vita sæculari, quam in vita religiosa; magna enim virtus requiritur ad hoc quod aliquis in sæculo viuens se immaculatum à vitijs sæculi conseruet. Quodlib. 4. ar. 23. ad 22.

B. Benedictus non discessit à studio, quasi scientiam horrens, aut studium, sed læcularē vitam, & societatem formidans; & ideo etiā nunc laudabiliter faciunt qui sæculari vita studentium relicta ad religionem transeunt, in qua studio vacare possunt. Opuſ. 19. c. 11. ad 4.

Est proprium filiorum Dei, ut impetu gratiæ agantur ad meliora non expectato consilio, de quo impetu dicitur Isai. 59. *Cum venerit quasi*

*spiritus*

*fluuius uolentus: quem Spiritus Domini coegit. Spiritus autem Sanctus reuelat non solum docendo quid homo debeat loqui, sed etiam suggerendo, quid homo debeat facere. Cum igitur homo in finctu Spiritus Sancti mouetur ad Religionis ingressum: nō est ei differendum, ut humanum requirat consilium, sed statim homo impetū Spiritus Sancti sequi debet: unde & Ezech. i. dicitur, quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ priter leuabantur sequentes eum. Opuic. 17. cap. 9.*

Non est ergo laudabile, sed magis uituperabile prius uocationem interiorē, uel exteriorē, uel uerbo, uel scripturis factam differre, & quasi in dubijs consilium quærere. *ibid.*

Hoc etiam ad interioris inspirationis efficaciam pertinet, ut homines inspirati subito ad maiora prouehantur, quod significatur per hoc, quod congregatis in unum discipulis, ut legitur *Act. 2. Repente Spiritus Sanctus super eos uenies, eos fecit magnalia Dei loqui. ibid.*

Sicut à Spiritu Sancto, qui est spiritus fortitudinis, & pietatis hoc propositum homini inspiratur; ita etiam ab eodem qui est consilij, & scientiæ spiritus, deliberatio interior ministratur. *cap. 10. ad 2.*

Uirtutem igitur Spiritus Sancti, uel ignorat, uel ei resistere nititur, qui à Spiritu Sancto motus

tum

in diuturnitate consilij detinere contendit. c. 9.

Duo sunt de quibus consiliari relinquitur his, qui religionis assumendæ propositum gerunt, quorum vnum est de modo religionem intrandi; aliud autem est, si aliquod speciale impedimentum habeant per quod impediuntur à Religionis ingressu, puta si sint serui, vel matrimonio iuncti, vel aliquid huiusmodi. c. 9.

Sed ab hoc consilio primo quidem amouendi sunt carnis propinqui; dicitur enim Prouer. 25. *Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles.* Propinqui autem carnis in hoc proposito amici non sunt, sed potius inimici secundum illud, quod habetur Mat. 10. *Inimici hominis domestici eius.* Quod etiam Dominus introducit Matth. 10. in hoc igitur casu sunt præcipuè vitanda carnalium propinquorum consilia. ibid.

Hinc est, quod B. Benedictus, vt Greg. refert in 2. dialog. Nutricem suam occultè fugiens deserti loci secessum petijt, sed Romano Monacho propositum suum aperuit, qui eius desiderium, & secretum tenuit, & adiutorium impendit. ibid.

Arcendi sunt etiam ab hoc consilio carnales homines apud quos Dei sapientia stultitia reputatur. Vnde Eccl. 37. irrisoriè dicitur. *Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia; & postea subdit, Non attendas his in omni*  
confi-

consilio; sed cum viro sancto assiduus esto, à quo est petendum consilium, si de aliquibus in hoc calu consiliari oporteat. *ibid.*

Detur quod diabolus aliquem incitet ad religionem intrandum; hoc opus bonum est, & bonis Angelis congruum: vnde nō est periculum si quis ei in hoc consentiat, sed vigilandum erit, vt ei resistatur, cum ad superbiam, vel alia vitia incæperit inducere. Frequenter enim contingit, quod Deus vtitur malitia dæmonū in bonū Sanctorum, quibus præparat coronas invictis, & sic eis à Sanctis illuditur. *c. 10. ad 4.*

Sciendum tamen, quod si cui à diabolo suggeratur, vel etiam ab homine religionis introitus, per quem aliquis accedit ad Christum sequendum; talis suggestio efficaciam non habet nisi interius attrahatur à Deo, & sic religionis propōitū à quocumque suggeratur, à Deo est. *ibid.*

Inducētes alios ad religionē nō solū non peccāt, sed magnum præmiū merentur. *2. 2. q. 189. art. 9.*

Si laudabiliter faciunt, & à Spiritu Dei mouentur, qui se obligāt voto ad religionis ingressum: consequens est, eos laudabiliter facere, qui alios suis exhortationibus ad hoc inducunt, in hoc Spiritui Sancto cooperantes, dum fatagūt id ministerio exteriori suadere, ad quod Spiritus Sanctus intingat interius: vnde & Apostolus dicit *1.*

ad

ad Corint. 3. *Dei enim adiutores sumus, forinsecus scilicet ministrando. c. 12.*

Qui homines inducunt ad vouendum religionis ingressum, non faciunt eos filios gehennæ quatum in eis est, sed potius filios regni, præsertim cum plures ex talibus proficiant, votum implentes, quam deficient a voto recedentes: nisi forte quod ablit, prauis exemplis eos ad peccandum inducerent. c. 13.

Non est contra fidelitatem, si ad prouocandos al quos ad religionem, cuius asperitates sūt manifesta, spirituales eis animi consolationes repromittant exemplo Domini, qui dicebat. Mat. 11. *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde; & inuenietis requiem animabus vestris. In quibus verbis, & corporale onus signatur per hoc quod iugum nominat, & spiritualis consolatio in hoc quod quietè promittit. c. 13.*

§. 19.

Ordinem igitur Fratru Predicatoru infra annos pubertatis existens ingreditur, habitūq; Ordinis sibi tradidit, & induit quidam Fr. Thomas de Lentino, Vir deuotus, & per omnia laudabilis, tunc quidam Prior Neapolitanus, sed postea ex Messanensi Archiepiscopo Hierosolimitanus Patriarcha.

Christianæ religionis propositum in hoc  
præ.

præcipuè videtur consistere, vt à terrenis homines abstrahat, & spiritualibus faciat esse intētos: hinc est, quod Actor fidei, & consummator Iesus in hunc mundum veniens sæcularium terū cōtemptum, & factum, & verbo suis fidelibus demonstrauit. Opul. 17. c. 1.

Status Religionis est quædam disciplina cohibens à peccatis, & facilius ad perfectionem inducens; & ideo hi, qui sunt imperfectæ virtutis, puta nondum in præceptis exercitati magis indigent tali custodia, quia facilius est eos peccatis abstinere tali disciplinæ subiectos, quam si liberius in sæculo nutriantur. c. 7.

Non solum licitum est, sed etiam vade expediens ad maiorem gratiam optimè promerendam, vt aliqui à pueritia sæculum deserentes in deserto religionis vivant. Vnde Tien. 3. dicitur. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua; & caula videtur assignari, cum subditur: Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se, per quod datur intelligi: qui ab adolescentia sua iugum religionis portando se super te leuant, ad obseruantias religionis, quæ in quiete consistit a mundanis curis, & silentio a turbationibus magis redduntur idonei. cap. 3.*

Consuetudo pueros religioni tradendi non solum Ecclesiasticis statutis quam pluribus, sed etiam Sanctorum exemplis cōprobatur. Narrat enim

enim Gregor. in 2. dialog. lib. quod ceperunt ad B. Benedictum Romanæ Urbis Nobiles, & Religiosi concurrere, suosque ei filios Omnipotentis Deo nutriendos dare; tunc que que bona spei suas soboles Euticius Maurum, Tertullus vero Patricius Placidum tradidit. Ex quibus Maurus iunior cum bonis polleret moribus Magistri adiutor capit existere: Placidus vero puerilis adhuc indolis annos gerebat. Ipse etiam B. Benedictus, adhuc puer existens despectis litterarum studijs, relicta domo, rebusque patris, soli Deo placere desiderans sanctæ conuersationis habitum quaesuit. ibid.

Iesus speciali dilectione præcæteris Ioannē dilexit; primo propter intellectus eius perspicacitatem; Magistri enim specialiter diligunt intelligentes discipulos: secundo propter munditiæ puritatem, quia virgo fuit: tertio propter teneram ætatem; pueris enim, & deficientibus magis compatimur, & signa familiaritatis ostendimus, in quo datur intelligi, quod Deus specialiter diligit illos, qui a iuventute seruiunt ei. Ioã. c. 21. lec. 5.

Specialiter Religiosi dicuntur, qui totam vitam suam diuino cultui dedicant à mundanis negotijs se abstinētes; huiusmodi autem non se subiiciunt homini propter hominem, sed propter Deum, secundum illud Apost. ad Galat. 4. 9.

cut Angelum Dei excepistis me, sicut Iesum Christum.  
2. 2. q. 81. art. 1. ad 5.

Incertum potest esse his, quibus alios ad religionem recipere incumbit, quo spiritu ad religionem veniant, vtrum scilicet desiderio spiritualis profectus, an etiam sicut quandoque accidit ad explorandum, vel ad malefaciendum, vel etiam vtrum sint ad religionem apti, qui veniunt, & ideo indicitur eis tam per statutum Ecclesie, quam per regulare edictum, eorum, qui sunt recipiendi probatio. Sed his, qui propositum religionis assumenda gerunt, dubium esse non potest, qua intentione id faciant, vnde eis deliberandi necessitas non incumbit, praecipue si de suis corporalibus viribus non diffidant, ad quas examinandas religionem intrantibus annus probationis conceditur. cit. Opus. 17. c. 10. ad 3.

§. 20.

*Permouit animos omnium, quod Nobilissimus puer vix tantam esset aggressus, & ex opulento sponte elegeret fieri imops, & pauper, nihilque huius mundi possidere.*

**P**ythagoras nobilis, & diues reliquit patrimonium suum, & dedit se speculationi naturalium, dicens, Calum esse patriam suam. 6. Eth. lect. 6.

Quod

Quod homo omnes diuitias abijciat, vt nec aliquo etiam modo appetat, hoc est, supra humanum modum. Mat. c. 5.

Relinquere omnia nō facit perfectionē, sed relinquere omnia, & sequi Christum; quia multi Philosophi reliquerunt omnia. Mat. c. 19.

Difficile, & quasi impossibile est, quod aliquis possideat diuitias, quin eis alliciat, & hoc patet de Gregor. de quo legitur, quod cum cogitasset, melius se famularum Christo sub specie seculari, experunt contra eum tot succrescere, vt non iam vt specie tantū, sed etiam mente retineretur; ideo nihil est, quod animum, tam liberum faciat, sicut quod non occupetur circa diuitias. ibid.

Contemnti terrena promittuntur caelestia, sicut contemntibus diuitias terrenas promittuntur caelestes thesauri secundū illud Mat. 6. *Nolite vobis thesaurizare in terra, sed thesaurizare vobis thesauros in Caelo.* Et similiter contemntibus mundi gaudia promittuntur consolationes caelestes, secundum illud Matth. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* 2. 2. q. 161. art. 5. ad 3.

Manifestum est, quod detrimentum alicuius rei de facill sustinemus propter rem, quā magis amamus; vnde si aliquis in rebus corpora lib., & tēporalibus patienter sustinet propter bona  
na con-

consequenda æterna, sufficienter ex hoc probatur, quod talis plus amat bona æterna, quam temporalia. Ad Rom. c. 5. lect. 1.

Confundantur paupertatis detractores, cuius gloria in ipsis Christi cunabulis præclare resplendet; & ne putetur, paupertatem, quam in infantia sustinuit, in perfecta deseruisse ætate; videam⁹ quid ipse de se dicat. Mat. 8. *Filius*, inquit, *hominis non habet ubi caput suum reclinet.* q. d. ut Hieron. exponit, quid me propter diuitias, & sæculi lucra cupis sequi, cum tantæ sim paupertatis, ut nec hospitium quidem habeam, & tecto utar non meo; & Chrilost. idem exponens dicit; aspice qualiter paupertatem, quam Dñs docuerat, per opera demonstrauit; non erat ei mensa, non candelabrum, non domus, nec quidquã aliud talium. Opus. 17. c. 15.

Christus ab alijs accipiebat cibos, ut daret exemplum, quod vacantes spiritualibus non erubescant paupertatem, nec graue putent ab alijs nutiri; proprium est enim Doctoribus alios habere procuratores ciborum, ut ipsi de nullo curantes Verbi ministracionem sollicitè procurerit. Ioan. c. 4. lect. 3.

Et, quibus vtuntur religiosi ad sustentationem vitæ, non sunt eorum quantum ad proprietatem dominij, sed dispensantur ad vsum necessitatis eorum ab his, qui earum rerum dominij habent.

habent, quicumque sint illi. est. Opusc. 17. cap. 16.

§. 21.

Matre, ac fratribus id indigne ferentibus, Lutetiâ Parisiorum moritur.

Bulla Canoniz. In ordine invito etiam Patre, qui eius felicibus actibus in videbat, constantius mansit.

**M**atres naturaliter plus diligunt filios, quam patres; primo, quia magis laborant in eorum generatione, vnde ponunt magis ibi de suo: secundo, quia magis sciunt, quod sunt sui filij, quam patres; tertio, quia statim natos secum tenent, & nutriunt, non autem patres. 3. sent. dist. 29. ar. 7. ad 4.

Si aliquis adolescentium Dei inspiratione voluerit continere, vel etiam religionem intrare, non est a parentibus prohibendus, secundum illud Prou. 7. *Noli prohibere benefacere eum qui potest sed si vales, & ipse benefac.* Timendum est in talibus Spiritum Sanctum contristare, vel extinguere, vel prohibere; peccatum enim in Spiritum Sanctum videretur esse. Ephes. 4. *Nolite contristare Spiritum Sanctum.* Erudit. Princ. lib. 5. capite 30.

Quando aliquis intrat religionem, presumendum est, quod Spiritus Sanctus eum ducat.

Cum Maria concepisset, & incertus esset Ioseph, an res bona, vel mala esset, Angelus in meliorem partem hoc determinavit. Interpretatio enim in meliorem partem est Angelica. Interpretatio vero in deteriore partem est diabolica. Genes. 3. fecit diabolus talem interpretationem Eva dubitanti. cit. ibid.

Plus debent parentes desiderare filiis celestis Patris hereditatem, quam suam; sicut pater habet a Deo filium, sic debet eum nutrire, & erudire ad Dei servitium. 1. Paralipom. vlt. *quæ est manu tua accepimus, dedimus tibi.* lib. 5. c. 2.

Honor coniugum est, quod filium cum Deo communem habeant, ut qui est filius eorum secundum carnem, sit Dei filius per gratiam. ibid.

Ad pietatem pertinet, officium, & cultum parentibus exhibere secundum debitum modum; non est autem debitus modus, ut plus homo reddat ad colendum patrem, quam ad colendum Deum. Si ergo cultus parentum abstrahat nos a cultu Dei, iam non esset pietatis, parentum insistere cultui contra Deum; unde Hieron. dicit in epist. ad Heliodorum. *Per calcasiam perge patrem, per calcasiam perge matrem, ad vexillum Crucis euola;* summum genus pietatis est in hac re fuisse crudelem: & ideo in tali casu dimittenda sunt officia pietatis in parentes propter diuinæ religionis cultum. 2. 2. 9. 101. ar. 4.

Si

Si parentes non sint in tali necessitate, ut filiorum obsequio multum indigeant, possunt prætermisso parentum obsequio, filij religionē intrare etiam contra præceptum parentū: quia post annos pubertatis quilibet ingenuus libertatem habet quantum ad ea, quæ pertinet ad dispositionem sui status: præsertim in his, quæ sūt diuini obsequii: & magis est obtemperandum patri spirituum ut vivamus, quam parentibus carnis, ut Apost. dicit ad Hebr. 12. vnde Dominus, ut legitur Mat. & Luc. 9. reprehendit discipulū, qui volebat eum statim sequi intuitu paternæ sepulturæ, erant enim alij per quos illud op<sup>s</sup> impleri poterat, ut Chrysost. dicit. 2. 2. q. 189. ar. 6.

Præceptum de honoratione parentum nō solum se extendit ad corporalia obsequia, fed etiam ad spiritualia, & ad reuerentiam exhibendam. Et ideo etiam illi, qui sunt in religione, implere possunt præceptum de honoratione parentum pro eis orando, & eis reuerentiam, & auxilium impendendo, secundū quod religiosi decet: quia etiam illi, qui in seculo viuūt, diuersimodè parentes honorant secundum eorum conditionem.

nem. ibid.

ad 1.



**F**ratres S. adolescentis ipsum in itinere per vim raptū in arcem Castri S. Ioannis perducunt, ubi iniurijs, atque conuitijs eum exagitarunt; atque habitum Monasticum discerpserunt, ut illo pudore affectus ipsis assentiret. Sed Sanctus puer cedens furori, & fragmenta vestium colligens, ijs se ut potuit rursus induit; ex iniurijs, conuitijs, & contumelijs pulchras sibi contexens coronas.

**I**teroduxerunt etiam ibi mulierem, quæ blāditijs, & lenocinijs pudicissimum adolescentem ad turpitudinem impelleret; sed illam à foco arrepta titione procul a se abegit: moxque flexis genibus ante signum Crucis orans, cum lachrymis Dominum rogauit, ut ipsi largiretur perpetuæ continentie, & integritatis donum. Inter orandum autem cum esset somno correptus, duo ei dormienti apparuerunt Angeli, qui ei dixerunt, preces ipsius à Domino exauditas, simulque cingulo eius strinxerunt renes, dicentes. Nos à Domino iussi Zona castitatis te cingimus, nulla post hac ratione dissoluenda; ex qua constrictione dolorem sentiens, exclamauit.

**V**T Chrysost. dicit. Anima cum ignita fuerit igne diuino, ad nihil eorum quæ sunt in terra de reliquo respicit, neque ad gloriam, nec ad  
verè

verecundiam, sed ad illam solam, qua detinet  
eam, flammam. Ioan. c. 4. lect. 3.

Quod intense desideratur, magnum deside-  
ranti videtur. Rom. c. 1. lect. 5.

Qui vehementer aliquid sperat, libenter susti-  
net propter illud etiam difficilia, & amara; si-  
cut infirmus si vehementer sperat sanitatem, li-  
benter bibit potionem amaram, vt sanetur per  
ipsum. Rom. c. 5. lec. 1.

Homines qui solū in mundo cōfidunt, angus-  
tiantur, si vndique a mundo tribulantur, quia nō  
patet eis via remedij, cum non sperent, nisi de  
mundo. Sed nos licet tribulemur in mundo,  
quia tamen confidimus de Deo, & speramus in  
Christo, patet nobis via euasionis, & auxiliij a  
Deo, & ideo non angustiamur. 2. Corint. 4. lect.  
3.

Christus tentari voluit, vt nobis contra re-  
tationes auxilium ferret, & propter nostra cau-  
telam, vt nullus quamrūcūque Sanctus se aesti-  
met securum, & immunem a tentatione, & vt  
nobis fiduciam de sua misericordia largiretur.  
3. p. q. 41. ar. 1.

Quando auxilium diuinum est magis pro-  
pinquum, permittit Dominus magis affligi, vt  
tunc magis cum deuotione, & gratiarum ac-  
tione accipiatur auxilium eius. Matth. cap. 14.  
lit. b.

Expectatio quæ ponitur in diffinitione spei non importat dilationem, sicut expectatio, quæ pertinet ad longanimitatem, sed importat respectum ad auxilium diuinum, siue id quod speratur, differatur, siue nõ differatur. 2. 2. q. 17. ar. 5. ad 3.

Homini in statu innocentie diuinitus subuentum fuisset, ne deciperetur in his, quorum scientia non habebat. Nec est instantia, quam quidam afferunt, quod in tentatione non fuit ei subuentum, ne deciperetur, licet tunc maxime indigeret, quia iam precesserat peccatum in animo, & ad diuinum auxilium recursum non habuit. 1. p. q. 94. ar. 4. ad 5.

Sancta uirginitas magnum bonum est: nam carnis mundiciam conseruat, animam decorat, & ornat, Angelis Cæli assimilatur, Christo desponsatur, iungitur, & approximat Deo, cæteris statibus preponderat, odorem bonæ famæ spirat, & ad nuptias æternas inuitat. Sed. heu, quia ad conseruandum difficilius: & hoc, quia diabolus suggerit contrarium, corruptio inclinat ad actum, pulchritudo allicit ad consensum. 1. Cor. 7. lec. 5.

Maioris uirtutis indicium est, ut puritatẽ perfectam aliquis conseruet etiam inter pericula puritatis, quã si eã extra pericula conseruaret. Sed tamen paru amare puritatem suã conuincitur, qui

qui puritatis pericula non euitat, inter quæ difficillimum est, & rarissimum omnimodam puritatem seruare. Quodl. 3. ar. 17. ad 3.

Expedit omni animæ Deum semper intendere tanquam proprium, non tantum adiutorem, sed etiam inspectorem: vnde legitur de B. Antonio, quod cum semel a demonibus in varias formas mutatis laceratus fuisset, subito quidam radius lucis dæmones effugauit, statimque sanatus est, & & Christum præsentem intelligens, dixit: Vbi eras bone Iesv? & vox ad eum, Antoni, hic eram, sed expectabam certamen tuum. Opusc. 60. c. 11.

Munitur anima diuino auxilio. Zachar. 2. Ego ero eis ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Angelorum præsidio. Esai. 33. *Manimenta sanctorum sublimitas eorum.* Sanctorum Patrum exemplo. Cant. 4. *Turris David collum tuum, que edificata est cum propugnaculis.* Fratrum subsidio. Prou. 18. *Frater, qui adiunatur à fratre, quasi ciuitas firma.* Super Hierem. c. 1.

In protectis à Deo sunt tria, scilicet, eminentia contemplationis in corde. Ps. 124. *Qui confidunt in Domino sicut mons Syon, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalẽ.* Laudes confessionis in ore. Rom. 10. *Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Honestas conuersationis in opere. 2. ad Cor. 1. *Gloria nostra hæc est,*  
tosi-

*testimonium conscientie nostrae. Super Esai. cap. 4.*

Christus dedit nobis exemplum non solum pugnae, sed etiam coronae; unde super illud Math. 4. *Accesserunt Angeli, & ministrabant ei*, dicit Glos. sicut in hoc agone militia nostra pie instruitur, ita in obsequio Angelorum gloriosa remuneratio edocetur. cit. Opus. 60. c. 12.

Homines qui vincunt diabolum, merentur ministerium Angelorum. Luc. 16. *Factum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahae.* Mat. c. 3.

Est probabile quod maiores Angeli deputentur ad custodiam eorum, qui sunt ad maiorem gradum gloriae a Deo electi. 1. p. q. 113. ar. 3. ad 1.

Quod Angeli aliquando praeter legem communem hominibus visibiliter apparent, ex speciall Dei gratia est: sicut etiam praeter ordinem naturae miracula fiunt. cit. q. 112. ar. 1. ad 3.

§. 23.

*Fertur ab eo tempore, quo illi accidit tentatio meretricis in carcere, usque adeo vitasse feminarum colloquia, praeter quam ubi, vel utilitas, vel necessitas aliud postularet, ut solent homines sibi à serpentibus, & scorpionibus cauere.*

*Sicut oratio pura mentem purificat, & illumi-*  
mi-

msnat, lætificat, fortificat, & impinguat: sic carnalis affectio, & immunda mentem inficit, & obcurat, contristat, debilitat, & siccatur, & corpus eiusdem eisd. maledictionibus implicat. Opusc. 64. c. 23.

Debemus fugere periculosam pestem familiaritatem mulierum spiritualium, quæ non melius quam fugiendo vitantur. Satis enim posset quis hac sagitta percussus se ieiunijs, vigilijs, ac disciplinis affligere, & orare, quia si non fugiat personam, & omnem occasionem despiciat, nunquam curabitur ab illo morbo, sed magis augebitur illud vulnus. *ibid.*

Peccatum luxuriæ in lubrico positum est, & nisi aliquis principia vitet, vix a posterioribus posset pedem retrahere. 1. in hoc peccato est aspectus oculorum, quo mulier pulchra aspicitur, & præcipue virgo. 2. autem est cogitatio. 3. delectatio. 4. consensus. 5. opus. In corde meo firmavi, sicut pacta firmantur, cum oculis meis, ex quorum scilicet aspectu pervenitur in concupiscentiam mulierum, & ita ab inspiciendis mulieribus, abstinere, ut nec primum gradum interiore attingerem, scilicet cogitatione. Videbat enim Iob esse difficile si in primum incidere, scilicet, in cogitationem, quin in alia laberetur, scilicet, in delectationem, & consensum. Iob 31. lect. 1.

In

In tantum in me Deus partem habet, in quantum ad superiora mea mens rapitur, si vero per luxuriam mens mea ad carnalem delectationē deiciatur, nullam partem in me de super habebit. Iob 31. lec. 1.

Discit iustus abscondere pulchritudinem corporalem ab hominum inspectione; quia exterior pulchritudo, & ornatus multis fuit occasio catus. Decor ergo corporalis absconditur per habitus vilitatem. Iob. 16. *Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.* Gen. 24. Rebecca conspecto Isaac tollens pallium operuit se. Per ieiuniorū austeritatem. Galat. 6. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, q. d. vilis est mihi mundus propter penam suae sollicitudinis, & ego vilis mundanis propter corporis mei macerationem. Per boni operis assiduitatem. Pl. Tabescere fecisti, sicut araneam animam meam; sicut aranea ex suis visceribus trahens opus naturae tabescit; sic iustus frequentans opera laboriosa ex vera charitate maceratur, & pallefcit in corpore.* Opusc. 58.

cap. 8.



*Bulla Canonica in Ordine Predicatorum tandem regulararem professionem emisit.*

**D**uplex est votum, unum quidem simplex, aliud autem solemne; simplex quidem votum in sola promissione consistit; solemne autem votum cum promissione habet exteriorem exhibitionem; dicitur scilicet homo adualiter se offert Deo, vel per ordinis sacri susceptionem, vel per professionem certae Religionis in manu Praelati, quibus duobus modis votum solemnitatur, vel etiam per susceptionem habitus professorum, quae est quaedam interpretatiua professio. *Opus 17. C. 12.*

Sicut in baptismo quo homo per fidei religionem Deo ligatur, peccato moritur: ita per votum religionis, non solum peccato, sed saeculo moritur, ut soli Deo vivat in illo opere, in quo se Deo ministratum deuotio fidei, quia sicut per peccatum vita soluitur, ita per occupationes saeculi Christi ministerium impeditur. *2. Thim. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus & ideo per religionis votum abrenunciatur illis, quibus humanus animus maxime occupari conuenit, & a diuinis obsequiis impediti. Opus 19. C. 1.*

Ho.

Horum primum, & principale est coniugium. i. ad Cor. 7. *Volo vos sine sollicitudine esse; qui sine vxore est sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Dei; secundum est possessio diuitiarum terrenarum. Matth. 13. Sollicitudo huius seculi, & fallacia diuitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficitur. 3 est propria voluntas, quia qui suæ voluntatis est arbiter, sollicitudinem habet de suæ vitæ gubernatione; & idè nobis consultitur, vt nostræ status dispositionem diuinæ prouidentia committamus. i. Petri 5. *Omni sollicitudinẽ vestram proyicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. ibid.**

Inde est, quod perfecta religio triplici voto consecratur, scilicet voto castitatis, per quod abrenunciatur coniugio: voto paupertatis, per quod abrenunciatur diuitijs, voto obedientiæ, per quod abrenunciatur propriæ voluntati. ibid.

Per hæc tria vota homo Deo sacrificium offert de omnibus bonis; per votum quidem castitatis in sacrificium Deo offerens corpus proprium. Rom. 12. *Exhibeatis corpora vestra hostiam* ~~venerabilem~~ *per votum paupertatis, oblationem Deo faciens de exterioribus bonis. Rom. 15. Obsequij meo obtate accepta fiat in Hierosolymis sanctis;* per votum autem obedientiæ sacrificium Deo spiritus offerens. Psalm. *Sacrificium Deo spiritus*

con;

*contribulatus; nec solum sacrificium per hæc etia Deo offertur, sed holocaustum, quod erat in lege acceptissimum, ibid.*

Status Religionis est quædam disciplina, vel exercitium tendēdi in perfectionē; & ideo oportet, quod Religiosi in his, quæ pertinet ad religiosam vitam alicuius instructioni, & imperio subdantur; & ideo obedientia requiritur ad Relig. perfectionem. 2.2.q. 186. ar. 5.

Votum obedientiæ ad religionem perti- nens se extendit ad dispositionem totius huma- næ vitæ, & secundum hoc votum obedentiæ ha- bet quædam vniuersalitatē; licet non se extē- dat ad omnes particulares actus, quorum quidā ad religionem non pertinent, quia non sunt de rebus pertinentibus ad dilectionem Dei, & pro- ximi, sicut leuatio festuæ de terra, & similia, quæ non cadunt sub voto, sed sub obedientia. ibid. ad 4.

Aliquando fratres dicuntur, qui sunt vnius gentis. Deuter. 17. Non poteris constituere Re- gem, qui non sit frater tuus; aliquando religio- ne, vt omnes Christiani; & in hoc inoleuit con- suetudo, quod homines eiusdem Religionis di- cuntur fratres. Mat. c. 12.

In Ordine Fratrum Prædicatorum est cau- tissima, & securissima forma proficiendi, quæ nō promittit se seruare regulam, sed obedientiam  
secun-

secundum regulam; unde ex voto obligantur ad seruanda ea, quæ ponuntur in regula, tanquã præcepta, & quæ Prælati secundum tenorem regule sibi præcipere voluerit. Cætera vero quæ nõ continentur in regula sub præcepto, non cadunt directè sub voto; unde ea prætermittens nõ peccat mortaliter. Quodl. 9. ar. 4.

In Religione Ordinis Fratrum Prædicatorum transgressio, vel omisio eorum, quæ non sũt contra præceptum regule ex suo genere non obligat ad culpã, neq; mortalem, neque venialem, sed solum ad poenã taxatã sustinendam, quia per hanc modum ad talia obseruanda obligantur; qui tamen possent venialiter, vel mortaliter peccare ex negligentia, vel libidine, seu contemptu. 2. 2. q. 186. ar. 9. ad 1.

Professi religionem mortui sunt mundo, & viuunt Deo; unde non sunt reuocandi ad vitam humanam occasione cuiuscumque euentus. 2. 2. q. 88. ar. 11. ad 1.

Felix cuius votum est vxorem fugere, cuius sollicitudo est Dño seruire, cuius intentio est Deo placere. 1. ad Cor. 7. lect. 7.

Eia quam iustum est, vt creatura multo abundantius intendat in omnibus creatori, quã sibi, qui tam fideliter curam generis humani pergit, qui pro homine factus homo, vt per hoc fieret homo Deus. Opusc. 63. c. 3.

*Alberto Magno Doctore Philosophiæ, ac Theologiæ  
operam dedit.*

**E**st duplex modus acquirendi scientiã ; vnus  
quando naturalis ratio per seipsam deuenit  
in cognitionem ignotorum, & hic modus dici-  
tur inuentio; alius quando rationi naturali ali-  
quis exterius adminiculatur; & hic modus dici-  
tur disciplina. de ver. q. 11. ar. 1.

Quãuis modus in acquisitione sciẽtiæ per in-  
uentionẽ sit perfectior ex parte recipiẽtis sciẽ-  
tiam, in quantum designatur habilior ad sciẽdũ;  
tamẽ ex parte sciẽtiã causantis, est modus perfe-  
ctior per doctrinã; quia docẽs, qui explicite to-  
tã sciẽtiã nouit expeditius potest ad sciẽtiã in-  
ducere, quã aliquis induci possit ex seiplo, per  
hoc quod cognoscit sciẽtiæ principia in qua-  
dam communitate. ar. 2 ad 4.

Doctõr docet discipulũ in quãtũ per sermonẽ  
significat ei conceptionẽ intellectus sui; & plus  
homo potest cognoscere addiscendo (ad quod  
est utilis auditus, quãuis per accidens) quã de  
se inueniendo, ad quod præcipuẽ est utilis vi-  
lus; inde est, quod inter priuatos à natiuitate v-  
trilibet sensu, scilicet visu, & auditu; sapientio-  
res sũt cæci, qui carẽt visu; mutis, & surdis, qui  
carent auditu. lib. de sensu, & sent. lect. 2.

K

Quod

Quod aliquid per certitudinem sciatur est ex lumine rationis diuinitus interius audito, quo in nobis loquitur Deus; non autem ab homine exterius docente, nisi quatenus conclusiones in principia resoluit nos docens; ex quo tamen nos certitudinem scientiæ non accipere mus, nisi in esset nobis certitudo principiorum, in quæ conclusiones resoluuntur. cit. q. 11. ar. 1. ad 13.

## §. 26.

*Pythagoricum quoddam sibi silentium indixisse videbatur, ut posset ad studia litterarum maiorem animi attentionem adferre: adeo vero, perpetuo fere ea taciturnitate utebatur, ut condiscipulis eo nomine prope modum in contemptum veniret, qui eum Bonem mutum appellabant.*

**P**reciosi fructus linguæ, quam Spiritus Sæctus regit, qui in specie linguæ apparere voluit, sunt modestia in loquendo, oratio, Dei laudatio, gratiarum actio, peccatorum cõfessio, proximi eruditio, & consolatio. lib. 5. erud. Princ. cap. 19.

Lingua quantum ad vsum loquelæ rationis organum est; nec inuenitur quantum ad vsum nisi in habente rationem; ideo à ratione regi debet, & ad eius imperium in actum suum  
exi-

exire. Cum ad iumentum non pertineat loquel-  
la, iustè posset Deus illi loquelam auferre, qui  
vt iumentum factus est, & ratione linguam suã  
non regit. *ibid.*

Ad hoc, quod in sermone non amittatur ve-  
ritas, multum valet sermonis raritas; veritas e-  
nim in multiloquio periclitatur. *lib. 1. Erudit.  
Princ. c. 3.*

Multiplex est silentium, scilicet, Stuporis A-  
mos 8. *in omni loco proijcietur silentium.* Securita-  
tis Esai. 32. *Britque opus iustitiæ pax, & cultus iu-  
stitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum.*  
Longanimitatis. *Tren. 3. Bonum est, præstolari cõ  
silentio salutare Domini.* Et quietis cordis *Eccles.  
12. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in  
atram defixi.* Super Hierem. c. 8.

Aliquis seruat silentium sponte, & hoc est  
prudentis. Item aliquis seruat, quia imponitur  
ei silentium, & hoc est imprudentis. *Eccles. 20.  
Est tacens nõ habens sensum loquelæ: & est tacēs sciēs  
tempus apti temporis. Eccles. 3. Est tempus tacendi,  
& tempus loquendi. Mat. c. 22.*

Qui obseruaret dicta hominum nunquã ali-  
quid benefaceret. *Eccles. 11. Qui obseruat ventos  
nõ seminat, & qui considerat nubes nõ quam metet.  
Mat. c. 11. b.*

Granum antequam conteratur nullũ fer-  
uorem habere videtur, cum conteritur, feruere

incipit; sic homo fidelis antequã probetur, despectibilis videtur; quando vero atteritur, tũc apparet eius sanctitatis. 1. Petri 1. *Medicum nunc si cõtristari oportet, vt probatio fidei vestra multo pretiosior sit auro, &c. Mat. c. 17. b.*

## §. 27.

Cum quidam bene litteratus condiscipulus Thomam valde silentij studiosum cerneret, eum obtuso ingenio, & hebeti existimans, repetamur, inquit, quas ab Alberto perlecta sunt, Thomas pro sua modestia libenter annuit. Inter repetendum autem cum ille non nihil erraret à Thoma admonitus est, aliter Albertum sentire, quam ab ipso putaretur; cumque ille erogaret, vt Alberti sententiã explicaret, Thomas ita Dionysium interpretatus est, vt Albertum etiam vincere videretur.

**A**D humilitatem volẽtis addiscere pertinet, vt ignorantiam suam nõ erubescat, & quod nescit humiliter quærat. Erud. Princ. lib. 5. c. 10.

Nullus homo quantumcumque sapiens debet a quocumque paruo doctrinã repellere. Ioã. c. 9. lect. 3.

Docilitas secundum aptitudinem quidem est a natura, sed ad eius consũmationem plurimum valet humanum studium, dum scilicet homo sollicitè, frequenter, & reuerenter applicat


animum suum documentis maiorum, nō negligns ea propter ignauiam, nec cōtemnēs propter superbiam. 2. 2. q. 49. ar. 3. ad 2.

Potest aliquis reputare aliquid boni esse in proximo, quod ipse non habet, vel aliquid mali in se esse, quod in alio non est, ex quo se potest ei subijcere per humilitatem. 2. 2. q. 161. artic. 3.

Specialiter humilitas necessaria est volēti ad discere Scripturam Sacram propter humilē modum loquendi, quem habet, qui à superbis contemnitur. Erud. Princ. lib. 5. c. 10.

Ad benè addiscēdum valet timor Dei, māsfuetudo; cauenda est nimia velocitas in trāscurrendo; curiositas, & instabilitas in legendo; rixa, quæ peritos in arte logicali multum solet vexare, rixandi libido, & puerilis quædam ostentatio aduersarium decipiendi; iquat modus quantum ad ordinem, affectum, intentionem; instantia studij; vtilitas est etiam humilis colla-

tio, & pacifica disputatio. ibidem.



S. Anton. §. 4. Aliquando Albertus iussit, vt in proxima disputatione ad questionem satis difficilem Thomas responderet; ille ex humilitate recipere recusauit, sed cum Albertus instaret, cessit humiliter; vbi ad disputationem ventum est, tanta in respondendo dexteritate usus est, vt Albertus palam ei diceret. *Thoma tu mihi non tam responderis, quā Determinantis locum obtinere videris; conuersusque ad alios, Nos, inquit, vocamus istum bouē mutum, sed ipse talem dabit in doctrina Mugitū, quod in toto orbe sonabit. sed qui in profundo humilitatis cor suum fundauerat, ex his non elatus, solita simplicitatis, ac viuēdi modū minime mutauit.*

**H**umilitas secundum quod est virtus in sui ratione importat quandam laudabilem deiectionem in ima secundum interiorem motum animæ, quia virtus non consistit in exterioribus, sed principaliter in interiori electione mentis. 2. 2. q. 161. ar. 1. ad 2.

Humilitas propriè respicit reuerentiā, qua homo Deo subicitur; & ideo quilibet homo secundum id quod suum est, debet se cuiuslibet proximo subicere quātum ad id quod est Dei in ipso. cit. q. 161. ar. 3.

Virtus humilitatis in hoc consistit, vt aliquis  
intra

intra suos terminos se contineat, ad ea, quæ supra se sũt nõ se extendens, sed superiori se subijciat. Si autẽ aliquis, vel æquali, vel inferiori se ex humilitate aliquando subijciat, hoc est, quia secundum aliquid eum qui simpliciter æqualis, vel inferior est, superiorem se arbitratur. 3. Contrag. c. 55. rat. 17.

Ad societatem seruandam multum valet humilitas, qua homo minus sentit de se, quam de alijs; vnde sensum aliorum meliorem, quam suum reputans, facillẽ sensum suum pro sentu aliorum dimittit, & alijs cedit. Erudit. Princ. li. 5. c. 43.

Humilitas, & sapientia inueniuntur in eod. homine in quantum humilitas ad sapientiã disponit; quia qui humilis est subijcit se sapiẽtibus ad discendum, & non innititur sensui proprio; non autem oportet quod sapientia, & humilitas sint in eadem parte animæ. De malo q. 8. ar. 3. ad 8.

Cognitio veritatis se habet ad humilitatẽ antecedenter, quia dum aliquis veritatem considerat, se vltra suam mensuram non effert. ibid. ad 9.

In acquisitione virtutum humilitas primũ locum tenet per modum remouentis prohibens, inquãtum scilicet expellit superbiam, cui Deus resistit, & præbet hominem subditum, &

patulum ad suscipiendum influxum diuinæ gratiæ, in quantum euacuat inflationem superbiæ; vnde dicitur Iacobi 4. *quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam;* & secundū hoc humilitas dicitur spiritualis ædificij fundamētum. 2. 2. q. 161. ar. 5. ad 2.

Quando aliquis parui momenti exaltatur, de facili superbit, nec aliquid humile facit, ne videatur derogare suæ dignitati, sed qui in magno statu existens exaltatur, non negligit humilia. Ioan. c. 13. lect. 1.

Multum contemnenda est gratia mundana, tanquam valdè vana, similiter, & laus, & gloria. Erud. Princ. lib. 5. c. 11.

Homines qui quærent gloriã, oportet, quod in tantum persuadeant, vt ostendant Dei filiationem in multis humilem; & ideo dicit Tullius in lib. de offic. cauenda est gloriæ cupiditas, eripit enim animi libertatē, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. Mat. c. 4.

Tunc solum mens humana est à vanitate libera, quando Deo innititur; cum autem prætermissio Deo innititur cuiusque creaturæ, incurrit vanitatem.

Rom. cap. 1.

lect. 7.



§. 29.

Tam Alberto Magistro, quam Studentibus adeo admirandus apparuit, quod liquido patuit, quia De spiritu plenus erat.

**D**eus quantum ad suam naturam æqualiter se habet ad omnes, sed secundum ordinem suæ sapientiæ certa ratione quædam tribuit aliquibus, quæ non tribuit alijs. 1. 2. q. 51, artic. 4. ad 1.

Deus aliquid homini manifestat, vel infundendo lumen interius, per quod homo cognoscit. Ps. 42. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam;* vel proponendo suæ sapientiæ signa exteriora, scilicet sensibiles creaturas, in quibus sicut in quodam libro Dei cognitio legeretur. Eccles. 1. *Effudit illam, scilicet, sapientiam super omnia opera sua.* Ad Rom. c. 1. lect. 6.

Specialiter mundo corde sunt, qui habent munditiam carnis; nihil enim ita impedit spiritalen contemplationē, sicut immunditia carnis; & ideo quidam dicunt, quod virtutes morales proficiunt ad vitam contemplatiuā, & præcipue castitas, & secundum hoc *Beati mundiorde*, potest intelligi de visione viæ; Sæcti enim qui habent cor repletum iustitia vident excellētius, quam alij, qui vident per effectus corporales. Quanto enim effectus sunt propinquiore, tãto  
Deus

Deus magis cognoscitur per illos; vnde Sancti, qui habent iustitiam, charitatem, & huiusmodi effectus, qui sunt simillimi Deo, cognoscunt magis, quam alij. Mat. c. 5.

§. 30.

*Factus Baccalaureus tātam ei Deus gratiam in labijs suis effudit in doctrina, vt scholares in stuporē adduceret, & ad studiū animaret. Vtebatur peculiari quadam methodo, & singulares quasdam suis dictis rationes adhibebat, vt auditores eius minimē ambigerent à Patre luminum caelesti illum lumine perfussum, & egregiē illustratum.*

*Bulla Canoniz. Ætate adhuc iuuenis ad Theologiæ Magisterium Parisius loco celeberrimo assumptus magno inibi sui, sui que Ordinis, ac Parisiensis studij favore per multorum annorum curricula Cathedram rexit Magistralem.*

**I**Lle proprie dicitur Magister, qui doctrinā habet à se, nō ille qui traditam ab alio alijs dilpergit; & sic solū vnus est Magister, scilicet De<sup>o</sup>, qui proprie doctrinā habet: sed ministerio multi sunt magistri, si quæris authoritatē, quæris quæ Dei sunt; sed si ministeriū, quæris quod humilitatis est. Mat. c. 23.

Prohibemur hoc modo hominem vocare  
Ma.

Magistrum, vt ei principalitatem magisterij at-  
tribuamus, quæ Deo competit quasi in homi-  
num sapientia spem ponentes, & non magis de  
his quæ ab homine audiuius diuinam verita-  
tem consulentes, quæ in nobis loquitur per sue  
similitudinis impressionem, qua de omnibus  
possumus iudicare. De verit. q. 11. ar. 1. ad 1.

Homo verus, & vere Doctor dici potest, &  
veritatem docens, & mentem quidem illumi-  
nans, non quasi lumen rationi infundens, sed qua-  
si lumen rationis coadiuuans ad scientiæ perfec-  
tionem per ea, quæ exterius proponit, secun-  
dum quem modum dicitur Ephes. 3. *Mihi om-  
nium Sanctorum minimo data est gratia hæc illumina-  
re.* & c. ibid. ad 9.

Doctrina importat perfectam actionem sciē-  
tiæ in docere, vel Magistro; vnde oportet, quod  
ille qui docet, vel Magister est, habeat scientiam  
quam in altero causat, explicitè, & perfecte, si-  
cut in addiscente, per doctrinam. cit. q. 11. art.  
2.

Visio docentis est principiū doctrinæ, sed ip-  
sa doctrina magis consistit in transfusione scien-  
tiæ rerum visarum, quam in earum visione; vn-  
de visio docentis magis pertinet ad actionem,  
quam ad contemplationem. ibid. artic. 4. ad

3.  
Docens non dicitur transfundere scientiam  
in

In discipulum, quasi illa eadem numero scientia quæ est in Magistro, in discipulo fiat, sed quia per doctrinam fit in discipulo scientia similis ei, quæ est in Magistro educta de potentia in actum. cit. ar. 1. ad 6.

In discipulo describuntur formæ intelligibiles, ex quibus scientia per doctrinam accepta constituitur: immediate quidem per intellectum agentem, sed mediate per eum qui docet: proponit enim Doctor rerum intelligibilium signa, ex quibus intellectus agens accipit intentiones intelligibiles, & describit eas in intellectu possibili; vnde ipsa verba Doctoris audita, vel visa in scripto hoc modo se habent ad causandam scientiam in intellectu, sicut res quæ sunt extra animam, quamvis verba Doctoris propinquius se habent ad causandam scientiam, quam sensibilia extra animam existentia, in quantum sunt signa intelligibilium intentionum. cit. ar. 1. ad 11.

Quilibet docens ex his, quæ discipulus novit, ducit eum in cognitionem eorum, quæ ignorabat, secundum quod dicitur. 1. Poster. Omnis doctrina, & omnis disciplina ex præexistenti fit cognitione. 1. p. q. 117. ar. 1.

Ducit Magister discipulum ex præcognitis in cognitionem ignotorum: primo quidem proponendo ei aliqua auxilia, vel instrumenta, quibus in-

intellectus eius utatur ad scientiam acquirendam  
 secundo cum confortat intellectum addiscētis  
 non aliqua virtute actiua quasi superioris natu-  
 ræ, sed in quantum proponit discipulo ordinem  
 principiorum ad conclusiones, qui forte per se-  
 ipsum non haberet tantam virtutem collatiuā,  
 ut ex principijs posset conclusiones deducere;  
 & ideo. Poster. dicitur, demonstratio syllogis-  
 mus faciens scire. ibid.

Magister non causat lumen intelligibile in  
 discipulo, nec indirectè per species intelligibi-  
 les, sed mouet discipulum per suam doctrinam  
 ad hoc, quod ipse per virtutem sui intellectus  
 formet intelligibiles conceptiones, quorum sig-  
 na sibi proponit exterius. ibid. ad 3.

Si aliquis simplex non potest profunda ca-  
 pere, tolerabile est: sed hoc in Magistro valdè est  
 reprehensibile. Ioan. c. 3. lect. 2.

Qui debet alium instruere in aliqua scientia  
 oportet primo quidem ut principia illius scien-  
 tiæ sint ei certissima. Secundo quod Doctor re-  
 ctè se habeat circa principales conclusiones scien-  
 tiæ. Tertio ut etiam abundet exemplis, & cog-  
 nitione effectum, per quos interdum oportet  
 manifestare causas. 1. 2. q. 111. ar. 4.

Qui accipit Cathedram Magistralem nō acci-  
 pit aliquā eminentiam, quam prius non habue-  
 rit, sed solum oportunitatem communicandi  
 scien-

sciētia, quam prius non habebat. Quodl. 3. ar. 9.

Eminentia scientiæ, quæ requiritur ad Cathedram Magistralē est perfectio hominis secundū seipsum; eminentia vero potestatis, quæ pertinet ad Cathedram Pontificalem est hominis per comparationem ad alium. *ibid.*

Magister qui nouit totam artem, non statim à principio tradit eam discipulo, quia capere non posset, sed paulatim cōdescēdēse eius capacitati; & sic est profectus cognitionis ex parte addiscētis. 2. 2. q. 1. ar. 7. ad 2.

In Magistro, qui eligitur quinque sunt requirēda, scilicet mens ingeniosa, vt inter ea quæ doceri possunt, sciat eligere meliora; nec totum ex alienis scriptis accipiat, sed aliqua inueniat. Vita honesta, quia turpe est Doctorem culpa redarguit ipsum. Græca historia narrat, Alexandrum Orbis dominatorem Leonidis pedagogi sui nō potuisse vitijs carere in incessu, & moribus, quibus adhuc paruulus infectus fuerat. Humilis scientia; illa enim quæ inflat, non est pura, nec vera scientia; habet enim multos errores, quia superbia meretur illud, sed sciētia humilis vera est. Eloquentia; vnde dicitur in prologo Rethoricæ, sapientia sine eloquentia parum prodest; iuuat ad eloquentiam natura, conscientia, & gestus. Docendi peritia, ad quam quinque pertinent, scilicet aperitio, breuitas, utilitas, suauitas,

uitas, & maturitas. Erudit. Princ. lib. 5. capite. 6

S. 31.

Quoties ad disputationem, vel lectionem, siue studium, vel scripturam se conferre vellet, prius ad feruenter rogandum Dominum se contulit, idque cum profusis lachrymis.

**H**omo ad cognitionem veritatis pertingit dupliciter: vno modo per ea, quæ ab alio accipit; & sic quidem quantum ad ea, quæ homo à Deo accipit, necessaria est oratio secundum illud Sap. 7. *Inuocauit; & venit in me Spiritus sapientie*; quantum vero ad ea, quæ accipit ab homine, necessarius est auditus secundum quod accipitur ex voce loquentis, & lectio secundum quod accipitur ex eo, quod per scripturam est traditum: alio modo necessarium est, quod adhibeat proprium studium, & sic requiritur meditatio. 2. 2. q. 1 § 0. ar. 3. ad 4.

Orando tradit homo mentem suam Deo, quam ei per reuerentiam subijcit; & quocummodo repræsentat; vnde Dionys. 3. cap. de diuinominibus dicit. Ante omnia ab oratione incipere est vtile, sicut Deo nos metiplos tradentes, & vnientes; & ideo sicut mens humana præminet exterioribus, & corporalibus membris, vel exterioribus rebus, quæ ad Dei seruitiū applican.

capitur, ita etiam oratio præeminet alijs actibus religionis. q. 83. ar. 3. ad 3.

Deus nobis multa præstat ex sua liberalitate, etiam non petita: sed quod aliqua vult præstare nobis petentibus, hoc est, propter nostram vtilitatem, vt scilicet fiduciam quandam accipiamus recurrenti ad Deum, & vt recognoscamus eum bonorum nostrorum authorem. cit. q. 83. ar. 2. ad 3.

Per orationem in nobis sollicitudo excitatur, feruor accenditur, ad Dei seruitium incitatur, gaudium sp̄i in nobis augetur, & auxiliū in tribulatione promeremur. Ad Rom. c. 12. lect. 2.

Gemitus, siue fletus non est oratio per essentia, sed est quasi fundamentum orationis: superflua enim videtur petitio, vbi necessitas deest; & ideo recognitio suæ miserix, quæ indigentem se aliquis videt, & sibi subuenire nõ potest, quæ gemitum in affectu facit, quasi oratio reputatur à Deo; & propter hoc August. dicit, quia orationis negotium plus genitibus, quam verbis agit, & plus fletu, quàm oratu. 4. sent. dist. 9. 4. ar. 5. quæst. 2. ad 3.

§. 32.

*In difficultatibus locorum Sacre Scripturæ ad orationem ieiunium adhibebat.*

**P**Veri, qui cibos regios contempserunt cibis grossis contenti, intelligentiores cæteris inuenti

uenti sunt Daniel primo. Erud. Princ. li. 3. c. 24.

Assumitur etiam ieiuniū ad hoc, quod mēs,  
liberius eleuetur ad sublimia contemplanda: vn  
de dicitur Dan. 10. Quod post ieiunium triū heb  
domadarum reuelationem accepit à Deo. 2. 2.  
q. 147. ar. 1.

§. 32.

*Bulla Canoniz.* Cum castitatis nitore canderet, par si  
monia deuota hanc custodiebat humilitate, hanc eā  
dem sobrietate medica nutrebat.

*Pizani.* Mirabantur omnes quomodo tam magni, &  
ampli corporis homo, ita modico cibo contentus vi  
tā ageret. Lippomi. Plurimum ieiunij delectaba  
tur.

**O**portet continentiaē viam assumētibz car  
nem propriam abstractis delicijs, vigilijs, &  
ieiunij, & huiusmodi exercitijs castigare: cuius  
rei exēplum Apostolus nobis ostendit. 1. ad Cor.  
9. dicens. *Omnis qui in agone contendit ab omnibus se  
abstinet, &c.* Opus. 18. c. 9.

Apostolus inmediate post multos labores,  
vigilias, & ieiunia subdit de castitate, nam qui  
vult habere virtutem castitatis: necesse habet, la  
boribus dari, vigilijs insistere, & macerari ieiu  
nijs. 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutē  
redigo.* 2. Cor. 6. lect. 2.

L

Ieiū-

Ieiunium eligendum est, in quantum castigat carnem, ne contra spiritum invalescat. Mat. cap. 9. lit. c.

Homo qui habet intendere studio sapiētiæ, vel orationi, vel alij operi spirituali, si aliud necessitas nõ requireret, oporteret, quod semel in die reficeretur, & tunc ita temperatè, quod illa refectio non impediretur à spirituali opere. Vnde Pythagoras, Docto homini vivere est ipsa cogitatio. Erud. Princ. lib. 5. c. 23.

Illi præcipuè, sunt ad scientiam capiendâ idonei, qui à carnalibus curis magis sũt separati: unde Cômēt. dicit 7 phyl. quod castitas, & aliæ virtutes, quibz cõcupiscētia carnis reprimitur, præcipuè valēt ad acquirēdas sciētias speculativas. Opuſ. 19. cap. 11. ad 4.

Placida virginitas ab omni delectatione venerea abstinet, ut liberius diuini contemplationi vacet. 2. 2. q. 152. ar. 2.

Rarum erat apud Antiquos, ut aliquis amore veritatis contempiendæ ab omni delectatione venerea abstineret, quod solus Plato legitur fecisse. ibid. ad 3.

Ex luxuria oritur cæcitas mentis, quæ quasi totaliter spiritualium bonorum cognitionē excludit; ex gula autem habetur doctus, quæ reddit hominem debilem ad huiusmodi intelligibilia. Et è cõuerso oppositæ virtutes, scilicet abstinentia.

nētia, & castitas maximè disponunt hominē ad perfectionem intellectualis operationis. Vnde dicitur Dan' el. 1. quod pueris his, scilicet abstinētibus, & cotinētibus dedit De<sup>o</sup> sciētiā, & disciplinam in omni libro, & sapientia. 2. 2. q. 15. ar. 3.

Quamvis aliqui vicijs carnalibus subditi possint quandoque subtiliter speculari aliqua circa intelligibilia propter bonitatem ingenij naturalis, vel habitus superadditi, tamen necesse est, vt ab hac subtilitate contemplationis eorum intentio, pierumque retrahatur propter delectationes corporales: & ita immundi possunt aliqua vera scire, sed ex sua immunditia circa hoc impediuntur: ibid. ad 1.

## §. 33.

*Sodali suo fratri Reginaldo dicere solebat, quidquid sciret non tam studio, aut labore suo peperisse, quā diuinitus traditum accepisse.*

**A**lia est veritas naturalis cognitionis, & alia est veritas cognitionis infusæ, vel acquiritæ. 1. p. q. 60. ar. 1. ad 3.

Scientia præexistit in addiscente in potētia non purè passiva, sed actiua; alias homo non posset per seipsum acquirere scientiam. de ver. q. 11. ar. 1.

Processus rationis prouenientis ad cognitionem ignoti in inueniendo est, vt principia communia per se nota applicet ad determinatas materias, & inde procedat in aliquas particulares conclusiones, & ex his in alias. *ibid.*

Sapientiam, & scientiam homo natus est acquirere à Deo per proprium ingenium, & studium; & ideò quando præter hunc modum homo sapiens, vel sciens efficitur, est miraculosum. 1. 2. q. 113. ar. 10. ad 3.

Deus quandoque ad ostendendam suam virtutem infundit homini, illos etiã habitus, qui naturali virtute possunt causari; licet nõ ita perfectè. 1. 2. q. 51. ar. 4.

Differenter se habent operationes animæ ad perfectiones infusas, vel acquisite: ad acquisite enim se habent, non solum per modum dispositionis, sed sicut principia actiua: ad perfectiones autem infusas se habent solum sicut dispositiones. 1. sent. dist. 17. q. 1. ar. 3.

§. 34.

*Lippom. Fuit statura procerus, & rectus, colore triticæ, magno capite, eoque quadam ad sperso caluitie, viribus robustus.*

Nihil prohibet dicere, quin secundum diuersa

lam

sim dispositionē aeris, & diuersū sitū stellarū aliqui in statu innocentiae robustiores corpore generarentur, quā alij, & maiores, & pulchriores, & melius complexionati. 1. p. q. 96. ar. 3.

In Aegypto adhuc modernis temporibus que-  
runtur pueri elegantes in diuersis regionibus, &  
præcipuè in partibus Aquilonis, qui sint stature  
proceræ, & ad militarem disciplinam idonei: hi  
de ærario publico nutriuntur, exercitantur in  
gymnasijs in disciplinis scholasticis, in ciuilibus ac  
tibus, & rebus bellicis; assistunt Soldano in mini-  
sterio, & post mortem eius, qui probati inueniū-  
tur ad Principatum assumuntur. Opusc. 20. libro  
4. cap. 1.

Necessarium fuit, quod homo inter omnia a-  
nimalia respectu sui corporis habere maximū  
cerebrū, tum vt liberius in eo perficerentur ope-  
rationes interiorum virium sensitiuarum, quæ  
sūt necessariæ ad intellectus operationem; tum  
etiam vt frigiditas cerebri temperaret calorem  
cordis, quem necesse est in homine abundare ad  
hoc, quod sit rectæ stature. 1. p. q. 91. articulo 3.  
ad 1.

Sicut cerebrum est frigidissimum omnium,  
quæ in corpore sunt; ita & cor est calidissimū in  
ter omnes corporis partes; & propter hoc sibi in-  
uicē opponuntur secundū situm, vt per frigiditā-  
tem cerebri temperetur caliditas cordis: & inde

est quod illi, qui habent paruum caput secundū proportionem ceterorum membrorum impetuosi sunt, tanquam calore cordis non sufficienter reflexo per cerebrum; & è conuerso illi, qui excedunt immoderate in magnitudine capitis sunt nimis humorosi, & pinguiores per magnitudinem cerebri calorem cordis impediētem de sensu, & sens. lect. 5.

Pinguedo corporalis, & generatur per calorem naturalem dirigentem, & ipse naturalis calor habet pinguedinem quasi eius nutrimentū. 2. 2. q. 82. ar. 2. ad 2.

Signū ex quo considerari potest loci salubritas est; si videlicet, hominum in loco commoratiū facies bene coloratæ appareāt, robusta corpora, & benè disposita mēbra. Opu. 20. ll. 2. c. 2.

Fortitudo corporis cōsistit in tribus, scilicet in cōplexionis vigore, in mēbrorum robore, quia fortitudo cōsistit in ossib⁹, & nervis, vt dicit Philosophus; & in cibi multitudine. Super. Etai. c. 3.

¶ 35.

*Lippo. Praclaro ingenio eu fuisse praeter erudita, quae extat eius scripta, etiam illi confirmat, quod aliquando in colloquio familiari ipse dixisse fertur, se nunquam legisse librum, quem non etiam intellexisset, quod certe paucissimorum est.*

**Q** Vāto corpora inferiora ad maiorē æqualitatem mixtionis accedūt, tāto nobiliore formam

mā fortiūtur à Deo, quale est corpus humanum; quod est tēperatissimā mixtionis, vt probat bonitas rad<sup>o</sup> in homine, qui nobilissimā formā habet, scilicet animā rationalem. Opusc. 34.

Possibile est, quod in vno indiuiduo eiusdem speciei virtus, & operatio consequens speciem remissius, vel intensius inueniatur secundum diuersam dispositionem materiæ, & diuersum situm corporum cælestium in generatione hui<sup>o</sup>, vel illius indiuidui. ibid.

Bonitas dispositionis corporis humani facit aptum ad bene intelligendum, secundum H. lud. 2. de anima. r. 94. Molles carne aptos mento videmus. lib. 3. Contrag. c. 84.

Dispositio corporis humani subiacet cælestibus motibus; vnde indirectē corpora cælestia ad bonitatem intelligentiæ operantur. ibid.

Ei, qui meliores habet sensus suos, magis innotescit veritas. Mat. c. 20.

Sicut Medici possunt iudicare de bonitate intellectus ex corporis cōplexione, sicut ex dispositione proxima; ita Astrologus ex motibus cælestibus, sicut ex causa remota talis dispositionis; & per hunc modum potest verificari, quod Ptoleom. in Centiloquio dicit: Cum fuerit Mercurius in natiuitate alicuius in aliqua domorū Saturni, & ipse fortis in suo esse, dat bonitatem intelligentiæ multius in rebus. cit. lib. 3. cōtrag. cap. 84.

*Pizam. Clausus carceribus Bibliã totã perlegit; cuncta quæ sententiarum libro continentur memorie tradidit..*

*S. Antonin. cap. 10. Fuit tanta capacitatis, ac retentive virtutis, vt id quod semel legendo caperet, perpetuo retineret, quod euidenter patuit in illo mirabili opere, quod ad præceptum D. Urbani Papæ super quatuor Euangelia de dictis Sanctorum composuit, & texuit, quæ ipse perlegens in diuersorum Monasteriorum libris fertur pro maiori parte itã memorie comendasse, quasi Sanctorum dicta habuisset præ oculis, quæ prius legisset in libris.*

*Breuar. Vt Fr. Reginaldus referebat, de rebus diuersis quando quæ tribus, interdum etiã quatuor amanuensibus scribenda dicebat.*

**E**Tiã in ipsis interioribus viribus sensitivis apprehensivis possunt poni aliqui habitus secundum quos homo fit bene memoratiuus, vel cogitatiuus, vel imaginatiuus, quia etiam istæ vires mouentur ad operandum ex imperio rationis. 1. 2. q. 51. ar. 3. ad 3.

Ea quæ habeat subtilem, & spiritualem considerationem minus possunt memorari; magis autem sunt memorabilia, quæ sunt grossa, & sensibilia; vnde oportet si aliquas intelligibiles rationes volumus memorari facilius, quod eas alligemus

mus quasi quibusdā alijs phantasmatibus, vt docet Tullius in sua Rethorica. De mem. lect. 1.

Frequenter accidit, illi sunt melius benè memorantes, qui sunt tardi ad inueniendum, & discendum; illi autem melius reminiscuntur qui sūt velocis ingenij ad inueniendum ex se, & benè discendum ab alijs. ibid.

Quibusdam non fit memoria, quia sunt in multo motu, siue hoc sit propter passionem corporis, sicut infirmis, vel ebrijs, vel animæ, sicut in his, qui sunt commoti ad iram, vel concupiscentiam; aut etiam propter ætatem deputatam augmento, siue decremento; in quibusdam vero alijs quandoque propter frigiditatem congelantem humores, sicut accidit in his, qui sunt in magno timore constituti; quandoque autem propter duritiem naturalem eius, quod debet recipere passionem. ibid. lec. 3.

§. 37.

*Lippom. Fuit etiam multa illi gratia in habendis ad populum sacris concionibus; in quibus tamen vita resolebat ea, quæ ad curiositatem potius quam ad auditorum utilitatem pertinere videbantur. Tanta autem cum reuerentia auscultabat eum populus, ac si è Cælo eius verba manassent.*

**O**fficiū Prædicatoris, & prælationis non debet aliquis sumere ante perfectam ætatem.

Mat. c. 3.

Ita

Ita quidē est maxima dignitas: vnde Dionys.  
 Nihil dignius in officio hominū, quā Dei coope-  
 ratorem fieri. Dignitas enim sola in sua clarita-  
 re cōsistit: ad illam autem dignitatem magis ap-  
 propinquant, qui sic illuminantur, quod alia illu-  
 minent: quam quam vero illuminent homines,  
 qui sequuntur Christum, & quantū ad iustitiā  
 magna faciunt, sed tamen asserunt dignitatem  
 Christi quantum ad vnum tantum; vita autem  
 Prædicatorum quantum ad duo. Daniel. 12. *Qui  
 ad iustitiam erudiunt multos quasi stella in perpetuas  
 eternitates.* Mat. c. 4.

Oportet Prædicatores Verbi Dei, vt omni-  
 no vacent prædicationi, omnino à sæcularium  
 rerum cura esse absolutos, quod facere nō pos-  
 sunt, qui diuitias possident. 3. p. q. 40. ar. 3.

Nullus debet assumere prædicationis officium,  
 nisi prius fuerit purgatus, & in virtute perfectus;  
 sicut & de Christo dicitur Act. 1. *Quod cepit Ie-  
 sus facere, & docere;* & idē Christus statim post  
 baptismam austeritatem vitæ assumpsit, vt do-  
 ceret, post carnem edomitam, oportere alios ad  
 prædicationis officium transire, secundum illud  
 Apostoli. *Castigo corpus meum, & in seruitutem re-  
 digo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus effi-  
 ciar.* 3. p. q. 41. ar. 3. ad 1.

Zelus animarum est sacrificium Deo acceptif-  
 si. n. n. n. si tamen ordinatē fiat, vt scilicet primo  
 homo

homo habeat curā salutis suæ, & postmodū aliorū: alioquin nihil prodest homini, si vniuersum mundū lucratur, animæ vero suæ detrimentum patiatur, vt dicitur Mat. 16. Quodl. 3. ar. 17. ad 6.

Ad Doctorē Euangelicæ doctrinæ duo requiruntur: primo vt sit velatus sacris mysterijs, secūdo vt probatus sit virtutibus. Mat. c. 3.

Instructio debet variari secundum conditiones auditorū. Simplicibus enim sufficit ea, quæ ad salutē pertinent, breuiter loqui, sed sapientibus debent singula explicari, quod innuit Apost. 1. Cor. 3. *Non potui vobis loqui taquam spiritualibus, sed quasi carnalibus.* Mat. c. 3.

Eadem verba dicit Christus, quæ Ioānes, admonet enim nos de humilitate, vt scilicet nullus dedignetur verba ab alijs dicta prædicare, cum ipse fons Ecclesiasticæ scientiæ eadem prædicauerit. Mat. c. 4.

Apostolus vocat Prædicatorem Bouē propter officiū maturitatis in omnibus procedēdi. Prou. 14. *Vbi nō sunt boues, presepe vacuū est.* Iob. 1. *Boues arabant, & asine pascebantur iuxta eos.* 1. Cor. 9. lect. 2.

Tria debet habere prædicator Verbi diuini, primum est stabilitas, vt non deuiet a veritate, secundum est claritas, vt non doceat cum obscuritate, tertium est vtilitas, vt quærat Dei laudē, & non suam. Mat. c. 5.

Quam.

Quamvis prædicare multitudini sit honorificū, non tamen Sancti in hoc gloriam suam quærūt, sed Dei, imitantes eum, qui dicit. Ioā. 7. *Ego gloriam meam non quæro, sed eius qui misit me.* Opusc. 19. cap. 19.

*Rogate Dominum messis, ut mittat operarios, non quæstuarios, qui corrumpunt malo exemplo, in messem suam, scilicet in messem Dei; quæstuarij enim non mittuntur in messem Dei, sed in messem suam, quia non quærunt gloriā Dei, sed commodum suum.* Matth. c. 9.

*Iesus in mari, auditores autē in litore stant. In hoc dat exemplum Prædicatoribus, quod scilicet nō exponant subditos suos periculis; & hoc significatur Exod. 13. quod cum Moyse educeret populum suum, non eduxit eos per viam terræ Philisthim, reputās ne fortē pæniterent, & reuerterentur in Ægyptum.* Mat. c. 13.

Debemus habere prudentiā serpentis in prædicatione, quia sicut habetur Genes. 4. propter astutiam serpentis deiectum est gen<sup>9</sup> humanū, quia inuasit fragiliorem sexum; item ostēdit ei lignum. Sic Prædicatores debent peccatores cōvertere per magis aptos; item debēt suadere de ligno Crucis, ut licet ille profecit in ligno ad malum, ita isti proficiāt ad bonum. Mat. c. 10.

Christus ut daret exemplum Prædicatoribus, quod non semper se daret in publicū; quādoque

doque se à turbis retraxit; quod quidem legitur  
fecisse propter tria; quandoque propter corpo-  
ralem quietem, quandoque vero causa oratio-  
nis, quandoque vt doceret, fauorem humanum  
vitare. 3. p. q. 40. ar. 1.

§. 38.

*Interrogatus à Ciuibus Bononiensibus, cur ad eò se abij-  
cere voluisset, vt præeuntem Fratrem parui mo-  
menti ad negotia expedienda in vrbe sequeretur,  
respondit. Monastica omnis Religio sanctæ obe-  
diētiae studio perficitur, qua homo homini se subij-  
cit propter Deum; quem admodum Deus ipse hu-  
minibus causa salutis humanæ se subiecit.*

**V**oluntas superioris quocumque modo inno-  
tescat est quodam tacitum præceptum. Et  
tāto videtur obediētia promptior, quāto expref-  
sum præceptum obediēdo præuenit voluntate,  
tamen superioris intellectu. 2. 2. q. 104. ar. 2.

Sicut in iustitia superfluū est in eo qui retinet a-  
lienū, diminutū autē in eo, cui nō redditur quod  
debetur, vt Phil. dicit in 5. Eth. c. 4. ita etiā obe-  
diētia mediū est inter superfluū, quod attēditur  
ex parte eius qui subtrahit superiori obedientię  
debitū, quia superabūdat in implēdo propriam  
volūtate; diminutū autē ex parte superioris, cui  
non obeditur. ar. 2. ad 2. Per

Perte loquendo, laudabilior est obedientiæ virtus, quæ propter Deum contemnit propriam voluntatem, quam aliæ virtutes morales, quæ propter Deum aliqua alia bona contemnunt; unde, et quæcumque alia virtutum opera ex hoc meritoria sunt apud Deum, quod fiunt, vt obediatur voluntati diuinæ: nam si quis etiam martyrium sustineret, vel omnia sua pauperibus erogaret, nisi hæc ordinaret ad impletionem diuinæ voluntatis, quod rectè ad obedientiam pertinet, meritoria esse non possent; sicut nec si fierent sine charitate, quæ sine obedientia esse non potest. ar. 3.

Obedientia homini multum prodest; per eam homo bene se habet ad eum à quo est, & sub quo est. Item ad eum, qui iuxta eum est, & ad id quod sub ipso est. Obedientia est mater virtutum, nouerca vitiorum, ad meritum potens, ad salutem efficax, de hoste triūphat, quod vult a Deo impetrat, hominem reddit benedictum, & efficit beatum. Erud. Princ. lib. 5. c. 37.

Religiosi obedientiam profitentur quantum ad regularem conuersationem secundum quam suis prælatis subduntur, & ideo quantum ad illa sola obedire tenentur, quæ possunt ad regularem conuersationem pertinere; & hæc est obedientia sufficiens ad salutem: si autem etiam in alijs obedire voluerint, hoc pertinebit ad cumulū perfectionis.

fectionis, dum tamen illa non sint contra Deū,  
aut contra professionem regulæ, quia talis obe-  
dientia esset illicita. 2. 2. q. 104. ar. 5. ad 3.

Per humilitatem homo se ex reuerentia Deo  
subijcit; & per consequens alijs propter Deū. 4.  
ser. t. dist. 33. q. 3. ar. 3. ad 6.

Non hoc requirit humilitas, vt aliquis id quod  
est Dei in seipso subijciat ei, quod apparet Dei  
in altero, nec etiam vt id quod est suum in seip-  
so subijciat ei, quod est hominis in proximo: a-  
liquin opporreret, vt quilibet reputaret se ma-  
gis peccatorem quolibet alio; potest tamen a-  
liquis reputare aliquid boni esse in proximo,  
quod ipse non habet, vel aliquid mali in se esse,  
quod in alio non est, ex quo se potest ei subijce-  
re per humilitatem. 2. 2. q. 161. ar. 3.

Quandoque contingit, quod aliquis mag-  
næ dignitatis est, & tamen propter simplicitatē  
suam, dignitatem suam non recognoscit: talis  
ergo si faceret aliquid humile non reputaretur  
sibi ad magnam laudem, secundum illud Cant.  
1. *Ignoras te pulcherrima, &c.* sed si aliquis cog-  
noscit suæ dignitatis statum, tamen affectus eius  
ad humilia inclinatur, eius humilitas est cōmen-  
danda. Ioan. c. 13. lect. 1 d.

Dignitas personæ addijcit ad laudē humilitatis,  
puta quādo pro aliqua necessitate expediendi  
quæ Magnū aliqua inf. ma pati. 4. Cōtrag. c. 55.  
rat. 17.

Reue-

Reuerentia directè respicit personam excellentem: obedientia uero respicit præceptum personæ excellentis; sed quia propter reuerentiam personæ obedientia debetur eius præcepto, consequens est, quod obedientia hominis sit eadē specie, ex diuersis tamē specie causis procedens. 2. 2. q. 104. 2. 4.

Ideo Christus, præcipue nobis humilitatē commendauit, quia per hoc maximè remouetur impedimentum humanæ salutis; quæ consistit in hoc, quod homo ad cælestia, & spiritalia tendit, à quibus homo impeditur dum interrenis magnificari studet; & ideo Dñs ut impedimentum salutis auferret, exteriorem celsitudinem contemnendam monstrauit per humilitatis exempla; & sic humilitas est quasi quædam dispositio ad liberū accessum hominis in spiritalia, & diuina bona. 2. 2. q. 161. ar. 5. ad 4.

Charitatem necessario comitatur humilitas, & potestis hoc uidere, si consideretis, quid sit humilis; sicut enim in superbia sunt duo, affectus inordinatus, & æstimatio inordinata de se; ita e contrario est in humilitate, quia propriam excellentiam non curat, item nō reputat se dignum: illud de necessitate sequitur ad charitatem: omnino homo cupit excellentiam quam diligit: ergo quanto magis habet homo de humilitate, tanto magis diligit Deum, & magis excellentiā

sui contemnit, & tanto minus sibi attribuit; & sic quanto homo plus habet de charitate, habet etiam magis de humilitate. Mat. c. 18.

§. 39.

*S. Anton. Fuit supra modum deuotus in oratione, quæ sic liber in Deum eleuatione mentis ascēdebat, quæ si nullum pondus carnis sustineret. Erat præcipue deuotus ad Sacramentum Altaris, de quo cōcessum ei fuerat profundius scribere, sicut etiam donatum est sibi deuotius celebrare. Quotidie Missam vnã deuote dicebat, nisi cū infirmitas impedisset, & aliam audiebat socij sui, vel alterius, cui ipse humiliter, & frequentius ministrabat. Consueuerat sæpius rapī in Missa tantò deuotionis affectu, ut totus perfunderetur lachrymis, qui tantū Sacramētū absorbebatur mysterijs, & reficiebatur ex donis.*

**C**um deuotio sit actus volūtatīs hominis offerentis se ipsum Deo ad ei seruiendum, qui est vltimus finis, consequens est, quod deuotio imponat modum humanis actibus, siue sint ipsius voluntatis circa ea, quæ sunt ad finem; siue etiã sint aliarum potentiarum, quæ à voluntate mouentur. 2. 2. q. 82. ar. 1. ad 1.

Operari ea, quæ pertinent ad diuinum cultū, seu famulatum, pertinet proprie ad religionem.

nem; vnde etiam ad eam pertinet habere propriam voluntatem ad huiusmodi exequenda, quod est esse deuotum. ar. 2.

Causa deuotionis extrinseca, & principalis est Deus; causa autem intrinseca ex parte nostra oportet quod sit meditatio, seu contemplatio; in quatu scilicet homo per meditationem concipit, quod se tradat diuino obsequio. ar. 3.

Ad hoc inducit duplex consideratio; vna quidem qua est ex parte diuinae bonitatis, & beneficiorum ipsius, secundum illud Ps. 72. *Mihi adhaerere Deo bonum est; & ponere in Dño Deo spem meam; & hæc consideratio excitat dilectionem, qua est proxima deuotionis causa; alia vero est ex parte hominis considerantis suos defectus, ex quibus indiget, vt Deo innitatur secundum illud Ps. 120. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Dōmino, qui fecit Cælum, & terram. Et hæc consideratio excludit presumptionem, per quam aliquis impeditur, ne Deo se subiciat, dum suæ virtuti innititur. ibid.**

Ea qua pertinent ad Christi humanitatem per modum cuiusdam manuuctionis, maxime deuotionem excitant; cum tamen deuotio principaliter circa ea qua sunt diuinitatis consistat. ar. 3. ad 2.

Scientiam, & quamcumque aliam perfectionem

du

font

chym

tristitia,

dine, præc

tabile cum p

tut solent ho

tu, cum recuper

quos a stimaveran

dū lachymæ ex deuo

Mens semel ad deuc

postmodum ad deuotior

tu; propter quod Augusti

M

ri-  
ouoca  
urgit ha  
pertinet ad  
quod quoti-  
abstineatur;  
mp̄ Scriptura  
mori q. 80. ar. 10.  
coniungit per gratiã,  
um hominis, tanquã spi-  
ualis medicina; inquan-  
tum

tum est quoddam signum passionis Christi, per quam victi sunt demones, repellit omnem demonum impugnationem. q. 79. ar. 6.

Licet quantum est de se habeat virtutem præseruatiam à peccato, non tamen aufert homini possibilitatem peccandi. *ibid.* ad 1.

Licet non directè ordinetur ad diminutionem fomitis, diminuit tamē fomitē ex quadam consequentia, in quantum auget charitatē: directè autem confirmat cor hominis in bono, per quod etiam præseruatur homo à peccato. *ibid.* ad 3.

Quædam actualis refectio spiritualis dulcedinis, quæ etiam est effectus huius Sacramēti impeditur, si aliquis accedat ad illud per peccata venialia mente distractus: non autem tollitur augmentum habitualis gratiæ, vel charitatis. ar. 8.

Ista māducatio Christi, qua cum sumimus sub Sacramento, quodammodo deriuatur ab illa manducatione, qua Angeli fruuntur Christo in patria; & ideo dicitur homo manducare panem Angelorum. q. 80. ar. 2. ad 1.

Quāuis Christo gratia nō fuerit augmētata ex susceptione huius Sacramēti, habuit tamē quandam spiritualem delectationem in noua institutione huius sacramenti; & ideo spiritualiter māducauit, & similiter sacramentaliter. q. 81. ar. 1. ad 3.

Valde fœlix est, qui die vna vnam Missã dig-  
ne celebrare potest. q. 83. ar. 2. ad 5.

Missã nominatur, quia per Angelum Sacer-  
dos preces ad Deum mittit, sicut populus per Sa-  
cerdotẽ; vel quia Christus est Hostia nobis Mis-  
sa a Deo, vnde & in fine Missæ Diaconus in fes-  
tiuis diebus Populum licentiat dicendo. Ite, Mis-  
sa est, scilicet hostia ad Deum per Angelum, vt  
scilicet sit Deo accepta, ar. 4. ad 9.

§. 40.

*Pizam.* Dolores corporis, & febres ita patiebatur, vt  
non proprijs membris languores, sed alienis inesse  
viderentur; sæpe sanguis nihil eo sentiente sancti-  
tis gratia e venis apparuit.

*Lippom.* Cum cauterio vrendus esset, adeo fuit mente  
abstractus, & in Deum subleuatus, vt vstionẽ illã  
neutiquam sentiret. Item in cubiculo scriptitans,  
& manus ardentem candelam tenens, extra se ita  
raptus est, vt candelam eius manum dñi adurentẽ  
prorsus non aduerteret.

**S**ensibilis dolor corporis facit non sentiri ani-  
mã delectationẽ virtutis, nisi forte propter  
abundantem Dei gratiam, quæ fortius eleuat a-  
nimam ad diuina, in quibus delectatur, quam à  
corporalibus penis afficiatur. 2. 2. quæst. 133. ar-  
tic. 8.

In patientibus mitigatur dolor sensibilis ex influxu superiorū virium in inferiores, vel propter contemplationem, quæ abstrahit inferiores vires aliquantulum à suis actibus, vel etiam propter complacentiam voluntatis ex amore eius propter quod patitur. 3. sent. dist. 15. q. 2. art. 3. quæstiunc 3.

Non potest esse tanta vis contemplationis, quod dolorem sensibilem ex læsione corporis tollat, si corpus lædatur, nisi per eam abstrahantur vires inferiores omnino à suis actibus per modum, quo vna potentia intense operans abstrahit aliam à suo actu; & hoc modo accidit in raptu Pauli. ibid. quæstiunc. 1. ad 3.

Contemplatiui dicuntur non qui contemplantur, sed qui contemplationi totam vitam suam deputant. 2. 2. q. 81. ar. 1. ad 5.

Homo in quantum est contemplatiuus est aliquid supra hominem; quia in intellectus simplici visione continuatur homo superioribus substantijs, quæ intelligentiæ, vel Angeli dicuntur; sicut animalia continuantur hominibus in vi æstimatediua, quæ est supremum in eis, secundum quam aliquid simile operibus rationis operantur. 3. sentent. dist. 35. q. 1. art. 2. quæstiunc. 2. ad

1.

Contemplatio Dei in hac vita imperfecta est respectu contemplationis patriæ, & simili-

ter delectatio contemplationis viæ est imperfecta respectu delectationis contemplationis patriæ, de qua dicitur in Pl. 35. *De torrente voluptatis tuæ potabit eos.* Sed cōtemplatio diuinorum, quæ habetur in via, & si sit imperfecta, tamē est delectabilior omni alia contemplatione quantumcumque perfecta propter excellentiam rei contemplatæ. 2. 2. q. 180. ar. 7. ad 3.

Quia vita contemplatiua præcipuè cōstitit in contemplatione Dei, ad quā mouet charitas: inde est, quod in vita contemplatiua, nō solum est delectatio ratione ipsius cōtemplationis, sed etiam ratione ipsius diuini amoris: & quantum ad vtrumque eius delectatio omnem delectationem humanam excedit: nam & delectatio spiritualis potior est, quā carnalis, & ipse amor que ex charitate Deus diligitur, omnem amorem excedit. cit. ar. 7.

#### §. 41.

*Honores etiā amplissimos vltro ipsi oblatos, respuit. Clemens eius nominis 4. Romanus Pontifex, qui Sicutum virum amabat; Archiepiscopatum Neapolitanum ei tradidit, sed ille non modo recusauit, verū etiam cum multa humilitate petijt, ne deinceps illi genus dignitatum in ipsum conferret.*

Religionis statum assumere laudabile est: ad  
præ-

prælationis autem fastigiū anhelare nimix præ-  
sumptionis est. Opusc. 18. c. 19.

Euidens ratio inuenitur, quare religionis sta-  
tus meritorie appetitur, status autem Pontifica-  
lis non absque vitio ambitionis desideratur: qui  
enim statum Religionis assumit, se, & sua abne-  
gans alijs se subijcit propter Christum; qui vero  
ad statum Pontificalem promouetur quendam  
sublimitatis honorem in his, quæ sunt Christi  
consequitur, quem appetere præsumptuosū vi-  
detur; cum maior honor, & potestas nō nisi me-  
lloribus debeat. *ibid.*

Statum Religionis rerum temporalium ab-  
iectio comitatur; è contrario vero statui præla-  
tionis multa bona temporalia adiunguntur; qui  
ergo religionis statum assumunt, manifestè de-  
monstrant se temporalia bona non quærere, sed  
quod per eorum abiectiōem ad bona spiritua-  
lia tendunt; qui vero Pontificale dignitatem as-  
sumunt, plerumque magis temporalia bona cō-  
siderant, quam æterna. *ibid.*

Quia valde difficile est purgatum se quemli-  
bet posse cognoscere; prælationis officium tu-  
tius declinatur. *ibid.*

Quod aliquis pericula peccati euitans reli-  
gionis statum assumat, prudentiæ est; quod verò  
spontè ad prælationis statum aspiret, vt nimix  
præsumptionis est, si se tā fortè existimet esse,

vt inter pericula possit manere securus, vel omnino suæ salutis curam non habens, si peccata vitare non curat. *ibid.*

Status Religiosorum est ad acquirendam perfectionem; status autem prælationis non est ad acquitendum sibi, sed ad habitam communicandam; vnde talis est differentia inter perfectionem religiosorum, & prælatorum, qualis inter discipulum, & Magistrum; vnde discipulo dicitur, si vis addiscere, intra scholas, vt addiscas: Magistro dicitur, lege, & perfice; vnde securior est status religiosorum, quia ignorantia non imputatur eis, sicut prælato; vnde sicut ridiculum esset Magistro, quod nihil sciret, sic, &c. *Mat. c. 19.*

*J. 42.*

*B. Virgo apparuit S. Viro dicens: Fr. Thomas, esto securus, & certus de scientia, & vita tua, quia sunt veræ, & placeant Filiis meo; quidquid deliberatè per me à Deo petisti, obtinisti, quod scilicet virginitatè perpetuam, & scientiam mirabilem haberes, statumque tui Ordinis, propter aliquam dignitatè non mutares. Eidem Romæ oranti apparuit eius soror indicans se vivere in beata vita, Lædulphum teneri in locis purgatorij, Arnoldi vero habitare in Celis, addiditque. Tu jusque Frater breui nobis iungaris, sed maior te gloriæ expectat ob susceptos pro Ecclesia labores.*

**Reuelat Deus aliquando aliquibus, eos habere**

re gratiam ex speciali privilegio, ut securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat, & confidentius, & fortius magnifica opera prosequantur, & mala presentis vitæ sustineant. 1. 2. q. 112. art. 5.

Homo in primo statu accepit donum, per quod perseverare posset; non autem accepit, ut perseveraret: nunc autem per gratiam Christi multi accipiunt, & donum gratiæ, quo perseverare possunt, & ulterius eis datur, quod perseveret. ibid. ad 3.

Ad perseverantiam habendam, scilicet continuationem boni usque ad finem vitæ homo in gratia constitutus indiget divino auxilio ipsū dirigente, & protegente contra tentationū impulsus. 1. 2. q. 109. art. 10.

Postquam aliquis est iustificatus per gratiā, necesse habet petere à Deo prædictum perseverantiæ donum, ut scilicet custodiatur à malo, usque ad finem vitæ. ibid.

Hominum iustorum, quodam excellentiori modo Deus habet providentiam, in quantum non permittit contra eos venire aliquid, quod finaliter impediat salutem eorum. 1. p. q. 22. art. 2. ad 4.

Per gratiam vie ita potest homo bono astringi, quod non nisi valde de difficili peccare possit, per hoc, quod ex virtutibus infusis inferiores vires

vires refrenantur, & voluntas in Deum fortius inclinatur, & ratio perficitur in contemplatione veritatis diuinæ, cuius continuatio ex feruore amoris proueniens hominem retrahit a peccato. de ver. q. 24. ar. 9.

Aliqui in statu viæ possunt confirmari in bono per hoc, quod eis datur aliquod munus gratiæ, quo ita inclinantur in bonum, quod non de facili possunt à bono defecti; non tamen per hoc ita retrahuntur à malo, quin omnino peccare non possint, nisi diuina prouidentia custodiente. ibid.

Sed totum quod deficit ad confirmationem completur per custodiam diuinæ prouidentiae in illis, qui confirmati dicuntur, vt scilicet quādo cūq; occasio peccati se ingerit, eorū mens diuinitus excitetur ad resistendum. ibid.

Hæreditas patriæ cælestis est præclara. Splendore diuinæ visionis. Sap. 6. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam. Dulcedine diuini amoris. Psal. 22. Calix meus inebrians, quam præclarus est. Familiaritate diuinæ allocutionis. Sap. 8. Præclaritas in communicatione sermonum ipsius. Magnificentia operationis Eccles. 43. Illic præclara opera, & mirabilia. Magnitudine exultationis. Zachar. 8. Erit domus Iuda, & domus Israel benedictio. Solatio societatis. Ezech. 31. Omnia ligna voluptatis,

qua erant in Paradyso Dei, & c. Super Hierom. ca-  
pire 3.

Sancti habitant cū Deo; primo propter pu-  
ritatem actionis. Pf. 100. *Oculi mei ad fideles ter-  
re, ut sedent mecum.* Secundo per hætionem a-  
moris. Ioan. 14. *Si quis diligit me sermonem meum  
seruabit.* Tertio per eminentiam contemplatio-  
nis. Philip. 4. *Nostra conuersatio in Cælis est.* Quar-  
to, per gloriam fruitionis. Pf. 83. *Beati qui habitāt  
in domo tua Dñe.* Elai. c. 33.

Quicumque est imitator puerilis inocētiae,  
hic maior est in Regno Cœlorum, quia quanto  
humilior, tanto altior. Super Mat. c. 18.

§. 41.

Si Anton. In Cōuentu s. Dominici de Neapoli existēs,  
quadam nocte ante Crucifixi imaginē in Ecclesia de  
uotius orās, à quibusdam eum obseruantibus vi-  
sus est à terra eleuatus cubiti spatio, auditaque est  
vox de Crucifixo: *Bene scripsisti de me Thomas, quā  
ergo mercedem à me accipies?* Cui ille, non alia Do-  
mine, inquit, nisi te ipsum.

**N**Ox habet quietem contemplationis; in  
qua primo est feruētis amoris desiderium.  
Elai. 26. *Anima mea desiderauit te in nocte.* Secun-  
do debite confessionis sacrificiū. Pf. 118. *Media  
nocte*

nocte surgebam ad confitendum tibi. Tertio diuinae consolationis silentium. Sap. 18. Cum enim quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu mediter haberet, Omnipotens sermo tuus Dñe exiliēs de Caela a regalibus sedibus venit. Super Es. c. 15.

Leuatur oratio; primo per eminentiā contemplationis. Pl. 120. Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi; secūdo per feruorē affectus. Tren. 3. Levemus corda nostra cum manibus ad Dñm in Caelo. Tertio propter lachrymas cōpunctionis. Pl. 5. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Quarto per studium bonae operationis. Pl. 140. Eleuatio manuum mearū sacrificiū uespertinum. ibid. c. 37.

Sicut mali sunt solliciti ad inueniendam modum, quibus peccatur, ita & boni sunt solliciti, ut adiuuentur, qualiter Deo placere possunt. 1. Cor. 7. Qui sine uocore est, sollicitus est quia Dñi sunt, quomodo placeat Deo. Etai. c. 3. lit. b.

Meritum, & merces ad idem referantur: id enim merces dicitur, quod alicui recondemnatur pro retributione operis, vel laboris, quali quoddam pretium ipsius. 1. 2. q. 114. ar. 1.

Meritum hominis apud Deum esse nō potest, nisi secundum praesuppositionem diuinae ordinationis, ita scilicet ut id homo consequatur a Deo per suā operationē, quali mercedem, ad quod Deus ei virtutē operandi deputauit. ibid.

Si loquamur de opere meritorio hominis secundū quod procedit ex gratia Spiritus Sācti: sic est meritorium vitæ æternæ ex condigno, art. 3.

Valor meriti attenditur secundum virtutē Spiritus Sancti mouentis nos in vitam æternā, secundum illud Ioan. 4. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* ibid.

Attenditur etiam pretium operis secundum dignitatem gratiæ, per quam homo confors factus diuinæ naturæ adoptatur in Filium Dei, cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptionis, secundum illud Rom. 8. *Si Filij, & hæredes.* cit. ar. 3.

Gratiam Spiritus Sancti, quam in præsentibus habemus, & si non sit æqualis gloriæ in actu, est tamen æqualis in virtute; sicut semen arborum in quo est virtus ad totam arborem; & similiter per gratiam inhabitat hominem Spiritus Sanctus, qui est sufficiens causa vitæ æternæ; vnde & dicitur esse pignus hæreditatis nostræ. 2. ad Corinth. 1. cit. ar. 3. ad 3.

Considerandum est, quod vita æterna in Dei fruitione consistit; motus autem humanæ mentis ad fruitionem diuini boni est proprius actus charitatis, per quem omnes actus aliarū virtutum ordinantur in hunc finem, secundū quod aliæ virtutes imperantur à charitate, & ideo meritum vitæ æternæ primo pertinet ad charitatē, ad alias autē virtutes secundario secundū quod

eorū actus à charitate imperatur. Similiter etiā manifestū est, quod id quod ex amore facimus, maxime volūtariē facimus, vnde etiam secūdu quod ad rationem meriti requiritur quod sit voluntarium, principaliter meritum charitati attribuitur. q. 114. ar. 4.

Anima Christi mota est à Deo per gratiā, non solum vt ipse perueniret ad gloriam vitæ æternæ, sed etiam vt alios in eam adduceret, in quantum est caput Ecclesiæ, & author salutis humanæ. Ad Hebr. 2. *Qui multos filios in gloriā adduxerit, authorem salutis,* &c. cit. q. ar. 6.

Præmiū essentiale hominis, quod est ei⁹ beatitudo consistit in perfecta cōiunctione animæ ad Deum, in quantum eo perfecte fruatur vt vise, & amato perfecte. 4. sent. dist. 49. q. 3. ar. 1.

In nullo alio querēda est vltima felicitas, quā in operatione intellectus; cū nullū desiderium tā in sublime ferat, sicut desiderium intelligendæ veritatis; omnia nāq; desideria nostra, vel delectationes, vel cuiuscūque alterius quod ab homine desideratur, in alijs reb⁹ quietere possūt: desiderium autem prædictum non quieteit, nisi ad summum rerum cardinem, & factorem pervenerit: propter quod convenienter Sapiētia dicit Eccles. 24. *Ego in Altissimis habito,* & *thronus meus in columna nubis.* Et Prou. 10. dicitur: quod *sapientia ancillas suas vocavit ad arcem.* Erubescant  
igi;

Igitur, qui felicitatem hominis tam altissime sitam in infimis rebus querunt. 3. Contrag. c. 30.

S. 42.

*Bulla Cononiz. Cum à Gregorio X. ad Concilium Lugdunense diceretur esse vacatus, de Neapoli veniens, ubi tunc temporis more solito famosè legebat ut Doctor, in Monasterium Fossanovæ Ordinis Cisterciensis in morbum incidit, eaque in infirmitate gravari, & viribus paulatim destitui.*

**A**D solam authoritatem Summi Pontificis pertinent omnia, quæ ad totam Ecclesiam pertinent, ut congregare synodum generalem; & alia huiusmodi. 2. 2. q. 1. ar. 10.

Authoritate Romani Pontificis etiam antiqua Concilia congregabantur, & confirmabantur. 1. p. q. 36. ar. 2. ad 2.

Vita, & incolumitas corporis consistit in hoc, quod subijciatur animæ sicut perfectibile suæ perfectioni; unde per oppositum mors, & ægrotudo, & quilibet corporalis defectus pertinet ad defectum subiectionis corporis ad animam. 2. 2. q. 164. ar. 1.

Homo in hac mortali vitæ per ætatis processum tedit ad mortem, nec in hoc processu iteratio potest esse, ut scilicet iterato homo sit puer, & ætates huius vitæ perambulet. Job. c. 16. lect. 2.

N

Vita

Vita corporis est per vitales spiritus, qui a corde ad omnia membra diffunduntur, qui quoad in corpore durant, corpus vivit: sed quando virtus caloris naturalis incipit debilitari in corde, huiusmodi spiritus minuitur, & debilitas vitalis spiritus abbreviat dies vitæ. Job. c. 17. lect. 1.

§. 43.

*Intrans Monasterium Fossenovæ plenus Deo spiritus dixisse fertur. Hac requies mea in seculum seculi hic habitabo, quoniam elegi eam.*

**T**ripliciter aliquid cognosci potest: vel per revelationem: vel per scriptum, & hoc certitudinaliter: vel coniecturaliter per aliqua signa: 1. 2. q. 1. 2. ar. 5.

Revelatio divina ordine quodam ad inferiores pervenit per superiores; sicut ad homines per Angelos. 2. 2. q. 2. ar. 6.

Dicit Greg. lib. 4. Dialog. c. 26. quod anima quando appropinquat ad mortem præcognoscit quadam futura subtilitate suæ naturæ, prout scilicet percipit etiam inœticas impressiones, aut etiã cognoscit futura revelatione Angelica, non autem propria virtute. 2. 2. q. 172. ar. 1. ad 1.

Non est inconueniens, aliquid quod secundum se est odibile, esse appetibile in ordine ad finem; & hoc modo mors, quam naturaliter cui  
libet

libet refugit, est appetibilis propter beatitudi-  
nem, sicut dicitur Philip. 1. *Desiderium habens dis-*  
*solutus esse cum Christo.* 4. sent. dist. 49. q. 1. art. 1.  
quæst. 4. ad 4.

**S. 44.**

*Fossanova Fratres in S. Vivo Religionis exempla con-*  
*templantes, singuli ligna de Sylva, singuli quoque*  
*illi oportuna voluntarie proprijs humeris defere-*  
*bant, non estimantes fore conueniens, ut brutorū*  
*animalium humeri in portandis eidem rebus accō-*  
*modis præstarent obsequia, qui tantarum virtutum*  
*prærogativa pollebat,*

**S**anctitas est quædam specialis virtus secundū  
essentiā; habet autem quandam generalita-  
tem secundum quod omnes virtutum actus per  
imperium ordinat in bonum diuinū. 2. 2. q. 81.  
art. 8. ad 1.

Vnus Sanctus laudatur præcipuè de vna vir-  
tute, & alius de alia propter excellentiorē prop-  
titudinem ad actum vnius virtutis, quam ad ac-  
tus alterius. 1. q. 66. art. 2. ad 2.

Tria sunt in homine, quæ ad sanctitatem  
pertinent, scilicet actio, & contemplatio, & in-  
tentio, & ista perficiuntur à Christo: nā actiua e-  
xercitantibus Christus est via, in contemplati-

ua vero perseverantibus Christ<sup>o</sup> est veritas, sed actiuorū, & contēplatiū intentionem dirigit ad vitam, scilicet æternam. Ioan. c. 14. lect. 2.

Ad perfectionem contemplationis requiritur incolumitas corporis, ad quam ordinantur artificialia omnia, quæ sunt necessaria ad vitā; requiritur etiam quies à perturbationibus passionum, ad quam peruenitur per virtutes morales, & per prudentiam, & quies ab exterioribus passionibus, ad quam ordinatur totum regimē vitæ civilis: vt sic si recte considerentur, omnia humana officia seruire videantur contemplantibus veritatem. 3. Contrag. c. 37.

Cū honor, vt dicit Philof. 1. Eth. c. 1. nō debeatur nisi rebus diuinis, nō debetur proptie, & directe nisi habenti gratiam, & virtutem, quæ diuinos facit. 3. sent. dist. 9. q. 2. ar. 3.

Sanctis non seruimus quasi obnoxij eis, sed virtute reuerētix, quia sunt nostri Ductores, vel per doctrinam, vel per administrationē, vel per intercessionem, & exemplum. ibid. ad 7.

§. 45.

*Rogatus à Monachis Fossanouæ egrotus Cantica Canticorum exposuit.*

**H**ora decima est in occasu diei; & cōmendatur Christus, qui tam studiosus erat ad docen-

endum, quod nec propter temporis tarditatē docere distulit, sed in hora decima docuit. Ioan. 1. lect. 15.

Ea quæ ultimo dicuntur, maximè ab amicis recedentibus, magis memoriæ commēdantur, præfertim, quia tunc magis inflāmatur affectus ad amicos; ea veto ad quæ magis afficitur profundus animo imprimuntur. 3. p. q. 73. ar. 5.

Omnis Doctor necesse habet spiritualiter pascere turbam ad se venientem: & quia nullus homo habet ex se unde pascat eam; ideò oportet, quod aliunde emat labore, studio, assiduitate orationum, Isai. 55. *Quare appenditis argentum vestrum, idest, eloquentiam, & non in pambus, idest, non in vera sapientia, quæ reficit. Eccles. 16. Cibavit illum pane vitæ, & intellectus, & laborem vestrum non in saturitate, addiscendi ea, quæ non satiant, sed magis euacuant?* Ioan. 6. lect. 1. d.

Opus nostrum, idest, principale studium, & intentionem nostram dirigamus ad quærēdum cibum, qui ducit ad vitam æternam, scilicet bona spiritualia: ad temporalia autem non debem⁹ principaliter attendere, sed accessorie, idest, solum ea procurare ratione corporis corruptibilis, quod sustentari oportet quamdiū in hac vita vivimus. Ioan. 6. lect. 3. e.

Dicitur panis sapientiæ esse panis vitæ ad differē-

ferentiam panis corporalis, qui est panis mortis, qui non competit, nisi ad restaurandum defectum mortalitatis; unde & solum in hac vita mortali necessarius est: sed panis sapientiæ diuinæ est per se viuificatiuus, nec habet mortem contrariam: Item panis corporalis nō dat vitam, sed tantum præexistentem sustentat ad tēpus, sed panis spiritualis ita viuificat quod dat vitam: nam anima incipit viuere per hoc, quod adheret Verbo Dei. Ioan. 6. lect. 4. d.

## §. 46.

*Breu. Cum morbus increfceret, petijt sibi Sacrosanctam Eucharistiam exhiberi. Vt allata fuit, tametsi fractis viribus esset, humi se deiecit, & cū lachrymis, ac admirabili pietate Dominum adorans, accepit.*

**S**acramentum Eucharistiæ significationem eandem habet respectu futuri in quā tum est præfiguratiuū fruitionis Dei, quæ erit in patria, & secundū hoc dicitur Viaticum, quia hic præbet nobis viam illuc perueniendi. 3. p. q. 75. ar. 2.

Hoc sacramentum est quidem causa sufficiens gloriæ, non tamen statim nos in gloriam introducit, sed dat nobis virtutem perueniendi ad gloriam, & ideo Viaticum dicitur, in cuius figuram legitur. 3. Reg. 19. *Quod Elias comedit, & bibit,*

bit, et ambulabit in fortitudine sibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei. Orb. q. 79, ar. 2. ad 1.

Sicut passio Christi non habet suum effectum in his, qui se ad eam non habent, ut debent; ita & per hoc Sacramentum non adipiscuntur gloriam, qui indecenter ipsum suscipiunt. Vnde August. dicit super Ioan. tract. 26. Multi de Altari accipiunt, & accipiendo moriuntur: panem ergo celestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate: vnde non est mirum si illi qui innocentiam non seruant, effectum huius Sacramenti non consequuntur. ibid. ad 2.

Doceat Sacerdos populum in Ecclesia, ut quando leuatur Corpus Dñi manibus Sacerdotis in Altari, & quando portatur ad infirmum, omnes se reuerenter inclinent flexis genibus adorantes. Opus. 65. c. 5.

Ex virtute huius sacramenti anima spiritualiter reficitur, per hoc, quod anima spiritualiter delectatur, & quodammodo inebriatur dulcedine bonitatis diuinæ. 3. p. q. 79. ar. 2. ad 2.

Peccata venialia contrariantur charitati quantum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc Sacramentum, ratione cuius illa tolluntur. ar. 4. ad 1.

Ex consequenti per quamdam concomitantiam ad principalem effectum homo consequi

sur remissionem poenæ, non quidem totius, sed  
secundum modum suæ deuotionis, & feruoris.

ar. 5.

Quia caro Christi ipsi verbo Dei vnita est,  
habet etiam quod sit viuificatiua, vnde & cor-  
pus sacramentaliter sumptum viuificatiuum est:  
nam per mystetia quæ Christus in carne sua cõ-  
pleuit, dat vitam mūdo, & sic caro Christi prop-  
ter Dñi verbum, panis est, non consuetæ vitæ,  
sed illius quæ morte non reseratur; & ideo caro  
Christi dicitur panis. Genes. vlt. *Affer pinguis pa-  
nis eius.* Ioan. 6. lect. 4. d.

Cum volumus Christo frui, eum venientē  
anticipemus, non expectantes, quod ipse nobis  
conscendat, sed vt ipsi potius conscendamus  
ad eum. Hier. 15. *Ipsi conuertentur ad te,*

*& tu conuerteris ad eos.*

Ioan. 11. lec-

tione 5.



§. 47.

**S. Anton.** Tribus diebus ante mortē eius apparuit super Monasterium quædam Stella ad modum Cometes ostendens præfati Doctoris transeuntem, quæ postea cessavit deficiente Thoma.

**Lippo.** Obdormiuit in Dño hora quidam matutina ipsis Nonis Martij, anno à Christo nato 1274. vitæ autem suæ quinquagesimo.

**Pizam.** Fuisse scio aliquos, qui Caroli Dñi Neapoli. Regni necatum veneno arguerent, & nõ febre; manauit hæc, sed obscurior fama.

**S**Tellæ quæ non sunt in Cœ'o, sed in aere discuntur stellæ Cometæ, quæ non apparent in natiuitatibus Regū, sed magis sunt indicia mortis eorum. 3. p. q. 36. ar. 7. 3.

Accessu, & recessu corpus cæleste imponit rebus principium, & finem essendi, & sua continuitate cõseruat ordinem in motibus, qui non sunt semper. Opul. 35.

Omne tempus quod est in re tēporali, & omnis vita cuiuscumque viui habet numerum determinatum ex circulo cælesti. 2. de Gener. tex. 57. lec. 10.

Periodum facit relatio Ascendentis signi super Orizontem ad omnia signa circuli cum suis stellis, & Planetis in ora generationis, quæ causatur à circulo cælesti. ibid. t. 58.

In

In alijs ætatibus hominis est numerus annorū determinatus, non autem in senio, quia senium incipit sexagesimo anno, & aliqui viuūt per centum viginti annos. ad Heb. c. 9. lect. 5.

Potest hoc impediri per accideas, vt per cibum malum, vel per mortem violentam, vel alio quocumque modo, & hoc vocat Arist. materiam inæqualitatem, quia scilicet per accidentia multa aliter disposita, quā moueatur à circulo. cit. t. 58.

Diuersimodè moriuntur homines citius, & tardius, quam per naturam mortales sint; similiter, & alia animalia: & hoc modo ætates sunt omnium rerum: quia planeta in circulo periodali positi quando sunt fortiores, dant plures annos vitæ, & quando sunt debiliores dant pauciores. cit. t. 58.

Est difficillimum cognoscere quæ perodus vitæ, & permanentiæ sit cuiuslibet rei: quia non possumus in corporibus celestibus cognoscere propriam causam corruptionis cuiuscumque rei. Job. c. 38. lect. 2.

Sicut non potest quis per considerationē motus cœli præcognoscere tempus natiuitatis aliterius; ita nec potest præcognoscere terminū vitæ. ib. d.

Dicitur inesse mors secundum quod est terminus alterationis in ipso instanti, in quo primo periturus vitæ. 2. 2 q. 164. a. 1. ad 7. In

In quantum Sancti bene morte vtuntur, quā  
uis sit mors malum, fit eis meritoria. ibid. ad 6.

Priuilgium mortis admirabile, & specia-  
le B. Ioannis est, quia nullum dolorem sensit in  
morte, & hoc Deo faciente, vt qui à corruptio-  
ne carnis extitit penitus alienus, esset à dolore  
mortis extraneus; in prologo D. Hieron. in E-  
uang. Ioan.

Omnia Deus donabit nobis, vt scilicet om-  
nia cedant in bonum nostrum, superiora quidē  
scilicet diuinæ Personæ ad fruendum, rationa-  
les spiritus ad conuiuendum, omnia inferiora  
ad vtendum, non solum prospera, sed etiā ad-  
uersa; vnde patet, quod sicut in Ps. dicitur: *Nihil  
deest timentibus eum.* Ad Rom. c. 8. lect. 6.

§. 48.

Fr. Alberto de Brixia vigilianti in oratione apparuit  
S. Augustinus cum D. Thoma dicens, missus sum  
ad te, vt indicarem gloriam Fr. Thomæ, qui hinc me  
cum est, ipse mihi in gloria est æqualis, sed virgini  
raris aureola me præcellit.

**I**n premio aliquid est ex parte charitatis, scili-  
cet aurea, & aliquid ex genere operationis, vt  
aureola. 4. sent. dist. 40. q. 5. ar. 1. ad 3.

Aureola dicit aliquid auream superadditum,  
scilicet quoddam gaudium de operibus a te factis,  
quæ

quæ habent rationem victoriæ excellētis, quod est aliud gaudiū ab eo, quo de coniūctione ad Deum gaudetur, quod gaudium dicitur aurea. *ibid. ar. 1.*

Præmium respondēs merito ratione charitatis quantumcumque sit paruum est maius quolibet præmio respondente actui ratione sui generis, & ideo aureola diminutiue dicitur respectu aureæ. *ibid. ad 5.*

Illis tantum virginibus aureola proprie debetur, quæ propositum habuerunt virginitatē perpetuo conseruandi, siue hoc propositum voto seruauerunt, siue non. *ar. 3. quæst. 1.*

### §. 49.

*Scripta eius, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles, ac securitate cum in primis integerrimæ doctrinæ adeo excellent, vt ob eam causam etiam nomen Doctoris Angelici iure sit adeptus. Quæ omnes Theologorum Academia, tanquam principem, ac parentem Theologiæ merito venerantur, ac laudant.*

**E**Tiã scribentibus sacram doctrinam debetur aureola, sed hæc non distinguitur ab aureola Doctorū, quia scripta componere quidam modus

205  
dus docendi est. 4. sent. dist. 49. q. 5. artic. 5. ad 5.

Aureola doctrinæ debetur actui Doctō-  
ris, qui transit, & ideo post pænitentiam non de-  
betur aureola Doctōri, qui semper propter ina-  
nem gloriam docuit, nisi actus reiteretur. Quod  
lib. 5. ar. 24.

Si præ eminentia aureolæ ad aureolâ ar-  
tendatur ex parte eorum, de quibus est pugna,  
sic aureola Doctōrum inter omnes est potior. 4.  
sent. dist. 49. q. 5. ar. 5. quæst. 2.

Fructus est quoddam præmiūm quod debe-  
tur homini ex hoc, quod à carnali vita in spiri-  
tualem transit. ar. 2. quæst. 2.

Fructus differt ab aurea, & ab aureola, quia  
aurea consistit in gaudio, quod habetur de Deo:  
aureola vero in gaudio, quod habetur de operū  
perfectiōe, sed fructus in gaudio, quod habe-  
tur de ipsa dispositione operantis secundum gra-  
dum spiritualitatis, in quem proficit ex semine  
quod est Verbum Dei. a. 2.

Secundum diuersum modum spiritualitatis,  
quem cōtinentia facit, diuersi fructus distinguū-  
tur, scilicet, seruantibus continentiam conjuga-  
lem datur fructus tricesimus, vidualem sexage-  
simus, virginalē centesimus. ar. 2. quæst. 3.

Virginitati respondet aurea secun-  
dum quod propter Deum seruatur imperio cha-  
ritatis, aureola vero secundum quod est quoddā  
per-


perfectionis opus habens rationem videtur  
cellenvis fructus vero secundum quod per vir-  
ginitatem homo in quamdam spiri-  
tualitatem transit a carnali-  
tate recedens ar.

2. ad 1.

# I A V S D E O.



Impr-



*Imprimatur.*

Alexander Russus Vic. Gen. Neap.

Felix de Januario S. Th. Can. Dep.



THESES AFFECTIVAS

THESE DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE DE LA UNIVERSITÉ DE BORDEAUX

Présentées et soutenues publiquement le 15 Mars 1904

par M. le Docteur en Médecine  
JULES BARRIÈRE

COMMISSION D'EXAMEN

Président : M. le Docteur J. BARRIÈRE  
Membres : M. le Docteur J. BARRIÈRE  
M. le Docteur J. BARRIÈRE  
M. le Docteur J. BARRIÈRE



Imprimé chez M. le Docteur J. BARRIÈRE











